¶Scito q omnis pars extrahitur de numero signtor. Et est primus a quo incipitur: scds in quem puenitur: et tercius a quo piicitur: et qrtus locus partiu est cu vtiqz de his tres sunt noti et vnus ignotus: potes scire locu ignoti. Cum ergo sunt loca ptis et duor signtor nota et vis scire gradu ascendent accipe a signtore pmo in gradu scdi signtoris per gradus eqles et collectu piice de gdu ptis ordine verso. i. a fine versus iniciu: et quo finitur numerus ibi est gradus ascendentis. Et si loca trium signtor sunt nota et locus pmi signtoris ignotus accipe a signtore tercio i parte per successione et piice collectu de gdu signtoris scdi vt sup a fine pmi signtoris vsus iniciu: et quo puenit ibi erit gradus signtoris Et si fuerint duor signtor loca nota et gradus tercii signtoris ignotus accipe a gradu signtoris tercii in gradu signtoris quarti et adde desuper qd abiit signtor primus et proiice hoc de gradibus signatoris primi recto ordine scz ab inicio signi in fine eius das vnicuiqz. 30. g. et vbi finit numerus ibi est gradus signtoris verbi gra fuit ☉ in. 17. g. ♈ signtor pmus: et ☽ in ♌. 20. g. qui est signtor scds: et pars fortune in ♎. 18. g. qui est signtor qrtus: et sic scimus loca triu signtorum et ignoramus gradu ascendentis que cum scire velimus accipimus a ☉ in ☽ per gradus eqles et fiunt. 4. signa. 3. g. scz. 123. gradus q piicimus a. 18. g. ♎ p gradus eqles retro et deficit numerus in. 15. g. ♊ et sic scimus q ascendes eet. 15. g. ♊ sm numeru ipsor graduu. Et si grnd ☉ eet ignotus accipimus a gradu ascen dentis in parte que sunt. 4. signa. 3. g. post piicimus hoc de loco ☽ a fine signi ad iniciu et finiet in. 17. g. ♈ retrogde diximus q eet ibidez ☉. Et si gradus ☽ esset ignotus accipimus ab ascendente in parte et erant. 4. signa. 3. g. addidimus desup qd abiit ☉ in signo suo et piicimus ab inicio signi ☉ recto ordine et finit numerus in. 20. g. ♌ et scimus q ibi est ☽. ¶Inueni tres ptes que in reuolutio nibus exercentur et ♂ nibus signtis causam regni et durabilitatem eius. Et prima pars dr regni vel imperii et exercent in reuolutione annor mundi et accipitur a ♂ in ☽ et piicitur ab ascendente ♂ que signt mutatione regni: et sic aliter scz a gradu ascendentis ♂ in gradu ♂ et piicitur a gradu ascendentis reuolutiois. Ite alr accipitur a gradu medii celi reuolutois in ☉ et piicitur a gdu ☉. ¶Pars duratois regni. i. qdiu debet durare regnu accipit hora electois reg a ☉ in. 15. g. ♌ et piicit a ☽ i nocte a ☽ i. 15. ♋ et piicit a ☉: alii hnt a. 3. g. ¶Pars alia de tpe electois accipitur in hora electionis regis in die a ♃ in ♄ in nocte eo et piicitur ab ascendente reuolutionis anni in quo surrexit rex: et si fuerit ♃ in signo coi et reuolutio diurna et ♃ cades ab anglo accipitur a ♄ in ♃ et addunt desup. 30. g. et piicitur ab ascendente: et si ♃ et ♄ fuerint oppositi et ambo cadentes ab ascendente mediet qd exit: hoc est ac cipitur medietas graduu qui sunt inter eos et piicitur ab ascedete. Et si ♃ in exaltatione sua et fuerit reuolutio noctna numeret ab eo in ♄ et piicitur ab ascedete. ¶He due sunt ptes ex quibus extrahitur maxime tps electois regis et eius durationis. pma est vt aspicias hora electiois regis in quo tuc

peruenerit profectio a ♂ triplicitatis que sigt̃ sectam dando quibuslibet. 30 gradib⁹ vnum annũ ꝛ duobus gradib⁹ cum dimidio mensem vnum: ꝛ cum scis in quo signo ꝛ gradu sit hec serua: quia hic est locus a quo eq̃bis primã partẽ: ꝛ cum vis eã apta ascendens reuolutionis anni in quo surrexit elect⁹ post hoc accipe a planeta orientali a ☉ scꝫ ♄ vel ♃ ꝛ proijce in ipso ãno vsqꝫ in gradũ aptationis p̃me ptis quã seruasti: ꝛ pijce ab ascendẽte reuolutõis ꝛ quo puenit ipse est locus partis p̃me. Pars scđa est vt aspicias a ♂ a quo surrexit rex ꝛ ipse est locus eq̃tionis scđe partis serua eãm: post hoc autẽ a planeta occidentali a ☉ scꝫ ♄ vel ♃ vsqꝫ ad locum eq̃tionis partis scđe quã seruasti ꝛ proijce ab ascendẽte reuolutionis ꝛ quo puenerit ibi est loc⁹ ptis scđe. Et hee sunt ptes que sigñt fortitudinẽ regꝭ ꝛ ei⁹ durationẽ. ¶ Inueni adhuc partes quib⁹ vtimur in reuolutionib⁹ annoꝝ mundi: ꝛ scitur per eas quid erit cari vel vilis p̃cij ꝛ multum vel parũ: aspiciam⁹ ergo in reuolutiõe in cui⁹ planete domo vel exaltatione vel termino vel triplicitate pars scꝫ illi⁹ rei de qua querim⁹ an erit cara vel vilis vt ps tritici vel cuiusmodi ps fuerit Qui si fuerit retrograd⁹ combustus aut in loco maligno vilis erit res illius partis ꝛ parui p̃cij. Si vero fuerit in loco fortitudĩs aut ĩ angulo ꝛ maxime in medio celi grauabitur res illa ꝛ erit cari precij. Et si peruenerit dñs illius domus ad locũ sue exaltationis erit amplius cari p̃cij: ꝛ si puenerit ad locũ sui casus. i. descensionis vilis erit res sua ꝛ erit pui p̃cij. Considera ꝛ aspect⁹ bonorum ꝛ maloꝝ planetarum ad partẽ ꝛ ad dñm partis eius: ꝛ si fortuna aspicit ꝛ ☽ partem multiplicabitur eadẽ res: ꝛ si mali detrimentũ patietur.

¶ Pars tritici accipitur a ☉ in ♂: pars aq̃ a ☽ in ♀: pars ordei a ☽ in ♃: ps aeris a ♀ in ☉: pars lentis a ♂ in ♄: pars fabarũ a ♄ in ♂: ps milij a ♄ ĩ ♂ pars dactiloꝝ a ☉ in ♀: pars mellis a ☉ in ♀: pars alsationis qđ est genus farris a ♃ in ♄: pars oliuarũ a ☿ in ☽: pars bombacis a ☿ in ♀: ps aleoten qđ est genus seminis albi ad similitudinẽ lini ꝛ vtunt̃ eo medici et fit ex eo vngentũ vtile a ☿ in ♃ vel ♀: pars vuarum a ♄ in ♀: pars almatig. i. croci a ☿ in ♄: pars ciboꝝ erbaꝝ acrium a ♄ in ♂: pars ciboꝝ dulcium a ☉ in ♀ pars ciboꝝ saporis apij a ♂ in ♄: pars ciborum amaroꝝ a ☿ in ♄: pars medicaminum acrium a ☉ al' a ♄ in ♃ vel a ♂ in ☽: pars medicaminũ salsorũ a ♂ in ☽: pars venenatoꝝ a ☊ draconis in ♄: et pijciunt̃ oẽs ab ascendẽte.

¶ Tractatus quintus de annorum reuolutionibus.



Remissis q̃tuor tractatib⁹ de speris: de planetis: de pbatione scientie: et de introductorijs iudicioꝝ. In hoc q̃nto tractatu colligitur de annorũ reuolutionib⁹. ¶ Reuolutio anni mũdi est introitus ☉ in caput ♈ in quo introitu phi iudicant q̃ futura sunt gentibus regibus ciuitatib⁹ mutationem aeris: famem: mortalitatẽ de terremotu: de diluuijs bellis ꝛ cometꝭ in ãno

illo: ⁊ hec oīa iam dicta reducunt̃ ad primam partē iudicioꝝ ⁊ dr̃ general̃.
¶ Scd̃a pars astronomie que dr̃ specialis est de natiuitatibus questionibꝰ electionibꝰ ⁊ intentionibꝰ. ¶ Reuolutio anni nati vel alieriꝰ priuate radicꝭ est cum ☉ reuertitur in idem punctū in quo fuit cum quo quis natus est vel cum illa res incepit. In reuolutione igitur anni quam volueris sic procede ordina figurā celiꝰ ad horam illam ⁊ equa planetas ⁊ pone singulos in locꝭ sibi debitis vide si ascendēs in reuolutione est fixum. sufficit pro anno toto figura quam fecisti. Si est signum cōmune fac aliam cum ☉ intrat ♎: si est mobile fac q̃tuor in quolibet introitu ☉ in signa tropica in reuolutione āni mundi vel in q̃drāturis radicis q̄cunqꝫ fuerit. ¶ Anni dn̄m illum planetā esse dicas qui plures habet in figura circuli dignitates ⁊ per illū iudica p̄ncipaliter statū mundi vel nati vel alteriusſ rei. ¶ Considerent̃ quinqꝫ in reuolutione diuisor id est dn̄s termini ad quem p̄uenit diuisio vel directio: dn̄s radiorum diuisionis: particeps vel receptor: dn̄s anni: ⁊ dn̄s profectionis. diuisor
¶ Statū plebis iudica per ascendens reuolutionis anni mundi ⁊ dn̄m eiꝰ
¶ Ascendentis dn̄s si cadit ab ascendēte in domū octauā sig̃t mortalitatē plebis: in sexta morbos: in. 12. hostes. ¶ Regis statū iudica per ☉ medium celi et dn̄m eius. Regibus ille fit fortior cuius dn̄s est anni dn̄s et magis si fuerit in gradu sue exaltationis. Mortem regis sig̃t dn̄s medij celi intrans sub radios ☉ in reuolutione. Sig̃tor regis coniunctus malo in reuolutiōe vel in eius □ vel opposito aspectu in octaua mortē regis significat: in sexta morbos. ♂ in reuolutione sub radijs ☉ sig̃t interfectionē regis. Qualis est sig̃tor cuiuslibet in reuolutione talis erit ⁊ eius status. ¶ Malus in reuolutione in ascendente impedit corpus: in scd̃a substantiam ⁊c̃. Mali directi ⁊ recipientes non impediunt. Mali in domo vel exaltatione sua licet tarde: tn̄ bonum finem sig̃nt. Boni per aspectum repellunt malum nisi sint retrogradi vel combusti. Boni sig̃tio minuitur si retrogradus si combustus si descendens si in opposito sue domꝰ. ¶ Annus ille erit peior in quo ♄ ⁊ ♃ coniunguntur. ¶ Annus grauat̃ cum fuerit mali in superiori medietate circuli augis ⁊ cum fuerint septentrionales. ¶ Deterius qd̄ esse potest erit terre in cuius signo malus est retrogradꝰ in reuolutiōe. ¶ Bonus in signo climatꝭ bonum illi climati significat. ¶ Planeta retrogradus nihil boni sig̃t donec dirigatur. ♂ in medio celi in reuolutione significat ꝙ rex multos suspendet illo anno: in ascendente et occidente manus et pedes truncabit in angulo terre. Inter pugnantes cuius climati ♂ est affinior ille vincet. ♂ in reuolutione si est in ascendente et ☽ in eius □ vel opposito aspectu hoc est impedimentum mortale. ♂ destruit ♃ per ☌ ⁊ per ☍ et □ aspectū. Mali sunt cum impediunt dominos quarti septimi ⁊ duodecimi.

❡Planeta tardus in reuolutione bellum significat: retrogradus fugam: directus pacem: ⁊ maxime si bonus aspicit eum a medio celi. Infortuna significat sm signum ⁊ domum in qua est: ⁊ in sexta morbũ: in octaua mortem. Caput cum saturno malum significat in ariete in bestijs ⁊ lupis.
❡Mali aspectus ad ♉ significãt famem frigus ⁊ pestilentiam. Si euenerit eclipsis ⁊ dñs domus eclipsis est sigtor regis timeat rex cum ☉ peruenit ad medium celi in eclipsi: si plebis timeat plebs cum ☉ ꝑuenit ad ascendens in eclipsi. Sigtor regis in medio celi in reuolutione dat ei guerrã: in ascendẽte quietem: in occidente ⁊ angulo terre plebis destruction ẽ per regem ❡ ♄ cũ ☽ preest superiori parti mundi hoc est septentrionali ♃ cum ☿ medie parti mundi. ♂ cum ♀ inferiori parti mundi scz meridionali. ❡ ♃ in reuolutiõe directus absq; aspectu infortune dat fortitudinẽ ⁊ regnũ in quo non erit in iusticia. ❡ Oriens ⁊ meridies sunt calidi. Occidens ⁊ septẽtrio frigidi. Uẽti ab oriente sunt calidi ⁊ sicci. ab occidẽte frigidi et humidi. a meridie calidi ⁊ humidi. a septentrione frigidi et sicci. ❡ Signa sigñt partes mundi non ꝑ loca sua: sed per naturã ❡ Plures planete ꝯiuncti in reuolutione in aqueis pluuias sigñt: in igneis siccitatem ⁊ sterilitatem: in aereis ventos: in terreis frigus ⁊ niues. ❡ ♂ aspectus ad dñm anni in reuolut; in triplicitate terrea totam illam gentẽ inuoluit. ♄ da solidas res: ♃ ꝯsiliarios ⁊ magnates: ♂ milites: ♀ arabes ⁊ mulieres: ☿ scribas: ☽ mercatores ⁊ viatores. ❡ Ciuitates mundi sunt. 12. ⁊ habet qlibet planeta duas ꝑter ☉ ⁊ ☽ quorũ vterq; habet vnam tm̃ de quibus iudica sm statum dñorum suoꝝ in reuolutione Ciuitates q̃ fundate sunt ♂ existente in medio celi plures principes gladio morientur. ❡ Uerte oculos a figura in qua ♂ est in angulo et magis si anguli sunt oblqui .i. signa oblique ascendentia: et si ascendat ♏: quia ♏ est signum falsitatis. ❡ ♄ ⁊ ♂ in signis fixis impedimẽta fixa sigñt et econtra: in siccis casum ab alto: in humidis casum in plano: in aereis per ventos validos malũ. ❡ ☿ cum ♂ in exordio anni vel in aliq̃ quarta ãni mortalitatẽ sigt ⁊ ventos validos vel ignes ⁊ magis in igneo signo in ☌ malorum. Si ☽ iungitur in latitudine ♄ fames erit ⁊ mortalitas: si ♂ effusio sanguinum. ♄ ꝯfiguratus ☿ in terreo terremotũ facit. ☿ ꝯfiguratꝰ ♂ de terreo terremotũ facit. ❡ Terremotus ⁊ diluuia presciunt̃ in reuolutione per ♄: nam si tunc radij eius sunt ĩ signis terreis vel aq̃ticis: ⁊ sit eiꝰ reuolutio ⁊ radiꝰ in signis terreis ⁊ ☽ infortunata erunt submersiones ⁊ in aquaticis humiditates: in aereis niues ⁊ grandines mortifere destruẽtes ⁊ frigꝰ ⁊ aeris tenebrositas ⁊ venti validi. ❡ In reuolutione anni mundi si reuolutio ⁊ ☌ vel ꝑuentio q̃ precedit reuolutionem ⁊ eorũ ascendentia ab infortunijs fuerint salua sigñt salutem: ⁊ si econtra mortalitatem. ❡ Si domini dominorum ascendentiũ predictorum aut alter aut ☽ est tunc cum infortunio et insuper continuant̃ domino octaui hec nimiam mortem per causas pestium significat.

¶ Si dicti significatores aut plures ꝯtinuati fuerint dño octaui erit multa mors subitanea. ¶ Et ♂ si fuerit infortunator ꝛ in signis calidis: ꝛ si pcipue est velox ꝛ fortis signat egritudines calidas. ¶ ♄ si fuerit infortunator erũt egritudines diuturne: ꝛ magis si est in signis frigidis ꝛ sicc. ¶ ☽ separata a ☌ vel preuentione que ꝓpinquius antecedit introitum ☉ in ♈ si prius iungitur bono ꝙ̃ malo annus erit bonus et econtra. ¶ In reuolutione anni mundi si dñs fridarie est bonus ꝛ in esse bono annus erit bonus et econtra. ¶ In reuolutiõe anni multe difficultates erunt ꝛ prelia cum ♄ ꝛ ♃ fuerint in suis exaltationibus. ¶ Bella excitat ♂ si fuerit in reuolutione in angulo figure celi quocunqꝫ. ¶ Belli tempus est cum fuerit ♂ in opposito vel □ aspectu ♃ vel ♄ Uictor erit qui inuadit: si dñs q̃rti vel septimi in primo fuerit vel in. 10. Uictor erit qui inuadit si dñs ascendentis est fortunatus ꝛ fortis: si dominꝰ septimi dic econtra. ¶ Rex non exeat ad preliũ cum ♋ est ascendẽs. Rex timeat ire ad prelium cum ☽ est cum malis vel sub radijs ☉ vel cum ☋ alioquin occidetur vel vincitur. ¶ Uictor erit in bello cuius mansioni ♂ est affinior. ¶ Cõiunctio ♄ ꝛ ♃ ꝛ aspectꝰ □ vel oppositꝰ bella signat. ¶ Tempꝰ belli est cum ☉ equidistat ♄ vel aspicit. Item cum ascendens anni peruenit ad locum infortune per directionem dando signo mensem. Item cum annus peruenit ad ☌ malorum per corpus vel per malum aspectum mensem vnũ Item cum annus peruenit ad oppositũ ascendentis anni mundi. Item per distantiam inter duos malos dando omnibus duobus gradibꝰ ꝛ dimidio mensem vnum. ¶ Belli locum sic scias diuide signũ climatis omnis per. 7. ꝛ cedunt cuilibet septenario. 4. gradus: minuta. 17. 8. secunda. 34. tercia: et da primam diuisionẽ climatis signi ꝫm ꝙ sequitur ipsum in positione: ꝛ ita vsqꝫ ad septimum ex illo climate: et vbi sunt fortune dic bonum et econtra. Infortune in octaua sig̃nt multũ malum in reuolutione. ¶ Belli victoriam sig̃t pars victorie in reuolutiõe que accipitur a ♂ in ☽ et proijcitur a loco ☉ ꝛ vbi desinit ibi est pars pugne que si est fortis signat ꝙ ibi vincẽt qui iustaꝫ causam belli habent. Et si est debilis vincet pars falsitatis. ¶ Cũ ☽ in reuolutione ♂ applicat hec interfectionẽ inter reges signat ꝛ descensum nobiliũ de gradibus suis: ꝛ eleuationem vnius super aliud propter illud. ¶ Reuolutio pacis est in qua ♄ non aspicit ♃. Item si ♄ non aspicit ♂ hec belloruꝫ signat priuationem. Si ♂ receptus aspicicit ♄ debilia erunt bella. Si ♄ ♂ recipit debiliora: ꝛ si se aspiciunt sine receptione bella erunt multa. Itẽ quicquid in reuolutione anni sig̃tur in signo mobili erit in principio anni. quod in cõmuni erit erit in medio anni. quod in signo fixo erit in fine anni.

¶ Sole intrāte ♈ venturo signo fortunat⁹ dr̄ grad⁹ ♈. 19. qd̄ tunc oritur facta figura iuxta hoc signorū oim ꝛ planetarū. Si ♄ ꝛ ♃ fuerint in ♈ aut ꝑpe nouā sectā futurā indicāt. Si ♃ ♀ ꝛ ☿ ☉ ꝛ ☽ ibi fuerit aut hoꝝ 3. admin⁹erit fertilitas ꝛ hoīes boni pluuia mlt̄a ꝛ grādo: scriptores lucrabunt̄ bestie vili ꝓcio hēbunt̄ aq̄ dulces augebunt̄. Si ♃ ꝛ ☽ in vno gradu eiusdē signi fuerint in oriēte rex iudicium ꝛ iusticiā faciet ꝛ bona multa. Si ♄ ꝛ ♂ vel ♂ ꝛ ♃ vel ♂ ꝛ ☿ vel ♂ ꝛ ♀ ibidē sunt erit bellū in oriente: mult⁹ sanguis in templis arabum effundet̄ ꝛ subuertet̄: mulieres eoꝝ capient̄ ꝛ distrahent̄






¶ In ♉ gdu vno si ♀ ꝛ ♂ fuerint mulieres mouebūt seditiōes ꝯtra viros stuprū ab eis expetātes: ꝛ aīalia morient̄. Cū ♂ in ♉ fiet bellū versus meridiē ꝛ vent⁹ ita ꝙ fructus arboꝝ cadent ꝛ multi eorū peribunt et siccabunt̄. Si ♂ ♃ ♀ et ☽ vel hoꝝ tres fuerint erunt hoīes mendacissimi ꝛ inter ipsos odium multū terre mot⁹: ꝛ illo anno morient̄ pulcri: nam ♃ ꝛ ♀ pulcros signt. ♂ eos interficit cū ipsis in eodē gradu vel signo ꝑmanens erit pluuia multa ꝛ aq̄ maris ꝛ fontes abundabūt: egredient̄ hoīes a latere meridiano dn̄m interficere cupientes qd̄ non poterit. Si ♄ ♃ ꝛ ♂ in eodē ♉ gdu fuerit impatores ꝛ reges sua dimittēt timore nimio pteriti: aut morient̄: monachi apostotabunt vel morientur. Si ♄ ꝛ ♂ ibi simul sunt infirmabunt̄ mulieres in mā mis ꝛ gutture: ꝛ viri in testiculis ꝛ vesica.



¶ In ♊ si ☿ ♀ ꝛ ☽ simul sint scriptores parū lucrabunt̄: stolid⁹ dn̄o obedire dedignabitur: frumentuꝫ multū: latrones in via infesti. Si ♂ ꝛ ♄ aut ♂ ꝛ ♃ ibi fuerit bellū erit in armenia: moabite illos impugnabunt ꝛ eoꝝ p̄sbiteros occidēt ꝛ ibunt ad mōtana in vatū diuinationib⁹ ꝯfidentes: vent⁹ ab oriēte irruet



¶ In ♋ si ♄ ♃ ♂ ☉ ☽ simul fuerint pauor gentem circūueniet que deū offensionib⁹ incitabit: hoīes alij alios molestabunt: ꝛ tunc signa in celo videbūtur: et faces ꝑmane volantes: terremot⁹ erit: aq̄ non multe fruct⁹ peribuūt: ꝛ naute ꝛ maritima timore horribili turbabuntur: boreas anno illo multum nocebit.



¶ In ♌ si ♄ ♂ ☽ et ♃ fuerint oriētales inter se bellū facient: ꝛ hoīes ventris stomachi ꝛ alioꝝ doloribus vexabuntur. Si ♃ ♂ ꝛ ☉ ibi fuerint mercatores dominos suos ꝛ arabes timebūt: ab oriente ventus irruet vehemens.



¶ In ♍ si ♄ ♂ et ☿ steterint oīs fructus locustis vel aniālibus peribit. Si ♄ ⁊ ☉ ibi fuerint obscurati ⁊ ☊ ⁊ ♂ ibi fuerint in terra nubilorum ⁊ in meridie inter diuites ⁊ paupes bellum ⁊ seditio orietur. Si ♄ ⁊ ♃ illic fuerint pluuia erit multa: ventus ab austro: res omnes fere ⁊ frumentum potius ⁊ vinum cara erūt.



¶ In ♎ si ♂ ⁊ ♃ celum rubebit quod est signum infirmitatis hominum vel sanguinis effusionis. Si ☉ ♃ ⁊ ☽ ibi fuerint morietur mulieres: ⁊ pluuia multa erit. Si ♂ ⁊ ♄ ibi simul bellum erit: latrones vias obtinebunt.



¶ In ♏ si ♄ ♂ ⁊ ♀ fuerint rex veneno interficietur deinde mutuo sibi detrahent ⁊ odient se. Et si ☽ cū aliquo istorum fuerit pluuia erit ita ꝙ mūdus pene pluuijs obruetur. Sed si ♃ ⁊ ♄ ibi simul sis certus ꝙ pseude prophete sunt venturi nouā sectam seminantes.



¶ In ♐ si ♂ ⁊ ☽ fiet bellum iuxta mare. Si ♄ ♃ ☿ ⁊ ☽ ibi simul sunt diluuio fere seculū peribit: flumina ⁊ maria multum augebūtur: scribe medici astrologi sacerdotes a populis venerabuntur. Si ♂ ⁊ ♄ simul predabuntur latrones rusticos et villas et naues in mari. Si ♂ ⁊ ♀ meretrices diripiēt pueros ⁊ puellas eos in captiuitatem ducentes.



¶ In ♑ si ☉ ♂ ⁊ ☿ simul fuerit multi morientur domini: et erit infirmitas multa: et homines incendent messes ⁊ domos: ⁊ erit ventus nimius: parū frumēti colligetur: fures mare et terras obtinebunt. Si ♄ et ♂ simul sunt non erit tantum bellum hominū: gens hominum timebit deum.



¶ In ♒ si ♄ ♂ ⁊ ☽ simul fuerint pluuia erit paucus: fontes sufficienter habebunt aquam: vias latrones obtinent: celum nubibus turbabitur sed non pluuiā dabit: de homine nato tunc gaudium est magnum: cui gētes multe subicient: omne magisterium abundabit: monachi ⁊ timentes deum erunt multi.



¶ In ♓ si ♃ erit religio multa. ¶ Qui de futuris in anno iudicare cupit planetarum complexiones con iunctiones signationes ex dictis ꝛ alijs multum ex/ aminet ꝛ signoꝝ in quibꝰ sunt ꝛ ita secure iudicabit. In omnibus ♂ detestare cum ☽ est ab eo separata vel est in eiꝰ □ vel opposito aspectu. Et scias ꝙ aspe/ ctus bonorum frangit maliciam maloꝝ. ¶ In reuo lutione anni si ascendens est ♈ vilescunt pisces: ꝛ caro grauescet. ¶ Si ♉ triticum erit carum: ꝛ caro vilis. ¶ Si ♊ omnia erunt grauia nisi ꝙ triticum erit vile. ¶ Si ♋ aque minuentur ꝛ rores: ꝛ erunt exustiões multe. ¶ Si ♌ pauci habẽtur nũmi vnde argentum erit carum: sed aurum vilescit: omnia tandeꝫ victualia cara erunt. ¶ Si ♍ fructus multiplicãtur similiter fruges ꝛ omnia victualia. ¶ Si ♎ oleum facit grauissimũ. ¶ Si ♏ aquis detrahit ꝛ flumina moderata facit: arbores fecundat. ¶ ♐ bella facit et seditiones: ꝛ victualia erunt multa. ¶ ♑ carnes facit viles: fructus palmoꝝ dactiloruꝫ mora ꝛ olera tñ vilia. ¶ ♒ aquas diminuit: ꝛ victualia grauat. ¶ ♓ medio critatem in omñibꝰ facit. ¶ Pro venalitate rerum considera ascendens ☌ vel preuentionis precedentis reuolutionem: ꝛ vide quantum distat ♄ ab ♈ capite: ꝛ abijce de sũma. 30. residuum diuide per. 13. ꝛ tercium incipiẽs ab atoraye et vide quid sit ibi vbi numerus terminatus est: si locus ille in vno nodo est cum ♄ vel ☽ si supra ꝛ sunt inter ascendens et quartam: grauitatẽ signãt victualium. Inter quarataꝫ ꝛ septimã mediocritatem. Inter septimã ꝛ decimam venalia multum requiri. Item decima et primũ vilia reputari. Fortunarum vero presentia ꝛ aspectus compescũt malum ♄. ¶ Generales ꝛ maiores mundi alterationes sciuntur per hec. Per ☌ ♄ ꝛ ♃ in capite ♈ in 960. annis. Per ☌ eorundem ꝺm mutationem de vna triplicitate in aliam in. 240. annis. Per ☌ ♄ ꝛ ♂ in omnibus. 30. annis. Per loca planetarum in ☌ onibus vel preuentionibus introitum ☉ in signa tropica ꝑcedentibus Per loca planetarum in ipsis horis introitus. Per dños orbis continentis 360. annos: ꝛ per signa dominantia a ☌ diluuium significante. Per dños quartarum quarum quelibet. 90. annos habet. Per dños ascendentiuꝫ in quartis ꝛ in orbe. Per profectionem a radice dando cuilibet signo annum vnum. Per directionem a radice pro gradu annus. Per dñm termini ad quem diuisio ꝑuenit. Per radios planetarũ qui cum redierint post annos ☌ nales ad radices: signãt vt prius. In dictis locis boni et fortunati bonũ signant orientales cito: angulares fortitudinem. Per ♃ sectarũ distinctioꝫ ꝺm alios cum eo continuationem. Per dños ascendentis signantis sectaꝫ Per locum partis regni. Per domos planetarum: mutationem sectarum. Per mutationem ☌ num in triplicitatibꝰ. Per ♄ et ♃ reuolutiones in ãnis 360. Per annos planetarũ maiores. Per accessum ꝛ recessum orbis per. 8. gradus in. 640. annis.



Ometa est vapor terreus habens partes grossas fortiter cõiacentes ascendẽtes ad superiorem partem estus: regnorũ et aliarũ magnarũ rerum alterationes significans in hoc mũdo quos alij dicunt fieri a coniunctione duorũ planetarum alij ex adherentia vaporis cum lumine planete vel stelle. Johannes damascenus dicit cometã a deo fieri ad signanduz mortes regum et dissolui per deum. ¶ Comete sunt. 9. ¶ Primus est saturni et est niger vel ceruleus: et cum apparet significat mortalitatem et famem ¶ Duo sequentes sunt iouis argentũ et rosa. Argentũ habet radiũ pulcherrimũ ad modum argenti purissimi q non potest aspici. Et cum apparet significat annos fertiles: et magis si iupiter tunc fuerit in signo aquatico. Rosa est magna et munda et habet faciem ad moduz hominis et color eius est vt argenti in auro cõmixti: et apparens significat mortem regum et diuituz et mutabunt̃ res mundi et venient meliores. ¶ Martis sunt. 4. feru partita tenacula et matura rubea: et omnes significãt ꝑlia et terrores in mũdo: et eorum colore cognoscit̃ malũ quod significãt et ex natura signi in quo pri⁹ apparent: et si apparent in oriente tunc cito eueniet quod significãt: in occidẽte tardabit̃. ¶ Veneris est vnus et vocat̃ miles et est magnus ad modum lune: et crines et radios infundet retro et percurret. 12. signa et nocet regibus et potentibus: et insurgunt homines in mundo qui volunt mutare leges antiquas et adducere nouas: et peior significatio est ex parte caude. ¶ Mercurij est vnus et vocat̃ dñs astorie et est ceruleus et paruus et cauda que est longa et cum apparet significat mortem et guerras. ¶ Feru est aspectu horrbilis et vadit prope solem. ¶ Partica grossum corpus habet et significat specialiter paucitatẽ aquarum et magis coniuncta veneri. Si mercurio moriẽtur iuuenes et sapientes. Si lune morietur populus. Si saturno mortalitas grauis erit. Si marti erunt guerre et mortalitas per gladiũ. Si ioui quicqd significat in regibus et diuitibus apparebit. ¶ Cometa si apparuerit in ascẽdente natiuitatis vel fundationũ alicuius loci vel alterius radicis vel in signo profectionis vel in ascendente reuolutionis vel in gradu directionis significat mortem nati vel destructionẽ illius rei cuius ascendens fuit illud signũ: et si apparuerit in medij celi signo cum quis eleuatus est ad dignitatem eleuatio dignitatis periculuz imminebit intellige in signo quod fuit in medio celi in tempore eleuationis sue.

Cometa si apparuerit in equinoctio ariet⁊ significat detrimētum regni babilonie: ⁊ bella int grecos ⁊ barbaros ⁊ inter italos ⁊ alexandrinos infortuniū romanorum siccitatē magnam ⁊ dolores oculoꝝ ⁊ mortē boū ⁊ descensum nobilium ⁊ eleuationē infimoꝝ ⁊ multas mineras auri ⁊ argenti cum magno calore in estate ⁊ ꝙ religiosi debeant se intromittere de factis multis illis illicitis: ⁊ si apparet in oriente cadit odiuꝫ inter persas ⁊ alios ⁊ obedient regi babilonie plures regiones. Si in occidente magnates malum habebunt a regibꝰ ⁊ cedeꝫ in occidente ⁊ pluuias multas inundationes fluminū ⁊ niues.



Cometa si apparuerit in tauro erunt guerre ⁊ rumores terribiles in terris romanoꝝ ⁊ babylonie egritudines vehementes cum annona pauca infortuniū italie ī captiuitate ⁊ oppressione ⁊ mortalitate multi dolores sicci vt scabies ⁊ pruritus ⁊ mors boum abscisio viarū ⁊ desolabit̄ quedam pars per terre motum ⁊ erit frigus vehemens ⁊ corruptio messiuꝫ ⁊ casus fructus arborum ⁊ paucitas culture ⁊ plantationis: ⁊ si in oriente rex timebit de inimicis suis ⁊ cadent bubones in homīes ⁊ durabit hoc annis cōsequentibus ⁊ egritudines multe in quarta estiuali: ⁊ si in occidente significat pluuias multas.



¶Cometa si apparuerit in geminis: rex romanorum habebit angustias et infortunia rex egypti qui inducet ei mortem et regnabit post ipsum fur qui non erit de egyptijs et erunt egritudines et mortes et fames et mors puerorum et aborsus pregnantium et mors auium et tonitrua magna et coruscatio venenosa comburentia fructus et si hic in oriente multi magnates cadēt ab ordinibus suis: si in occidente multam captiuitatē et pluuias multas et inundationes significat.



¶Cometa si apparet in cancro significat bella: et multam mortem et multa mala: et submersionem et mortem subitaneam quorundam multas pluuias: paucos pisces: et si apparet in oriente erunt angustie et vilitas annone in fine anni. Si in occidente rixā significat inter reges et post hoc pacem.




¶ Cometa i leone significat pugnam inter reges in fine anni: ⁊ multam effusionez sanguinis in oriente ⁊ mortem quorundam nobilium ⁊ stranguriam: ⁊ dolorem oculorum: egritudinez luporum: rabiem canuz: ⁊ si in oriente multas contentiones ⁊ siccitatem. In occidente si apparet significat egritudines multas ⁊ fortitudinem luporum ⁊ rabiem canum.




¶ Cometa si apparuerit in virgine significat vilipensionē mercaturarum cum iniuria ⁊ multos dolores febrium ⁊ tremores ⁊ ventositatem mulierum ⁊ vlcera ⁊ pustulas: ab aborsum pregnatarum. ⁊ si fuerit apparens in oriente ⁊ sol in virgine ꝑse vincent alanem: ⁊ in occidente pugnam babilonie.



¶Cometa i libra significat aspe ritatem regis babilonie ⁊ vehementiam sue iniusticie. ⁊ mortē regū occidentis ⁊ multā mortē principū ⁊ nobiliū: ⁊ effusionem sanguinū ⁊ mortalitatē ⁊ abscisionē merciū paucitatē pluuiaꝝ ⁊ multam serenitatem ventoruꝫ valitudinē fluminum siccitateꝫ plantarū paucitatem frondium destructionē: ⁊ si apparet in occidente erunt infortunia multa regis babilonie ⁊ erūt cari equi ⁊ muli ⁊ guerre in terra romanorum: ⁊ se interficient adinuicem. In occidente seruos non obedire dn̄is suis ⁊ fructus mediocres.



¶Cometa in scorpione significat dolorem testiculorum vesice ⁊ costarum ⁊ rixam regum: ⁊ malum parturientiuꝫ. ⁊ multas pluuias nociuas ⁊ destructionem fructuum per gelu ⁊ tenebrositatem aeris: ⁊ humiditateꝫ ⁊ paucitatem aquarum: ⁊ desiccationē fluminū ⁊ horribilitatē piscium: ⁊ si est in oriente erit salus babilonicis: ⁊ mors pauca ⁊ durabit illud annis. 6. ⁊ rabies luporum ⁊ canum: ⁊ si in occidente erunt locuste ⁊ parum nocebunt.



¶Cometa si in sagittario signi-
ficat vehemētiā regis super ple-
bem ⁊ desiderium congregan-
di pecuniam: ⁊ mortem quorū-
dam nobilium: ⁊ vehmentiam
caloris: ⁊ paucitatē fructus pal
marum: ⁊ in oriente mortem re
gum ⁊ pugnam ⁊ latrocinia ⁊
paucos redditus hereditatum
⁊ fructuum: in occidente multā
imaginationem in somnis cum
aborsu mulierum.





¶Cometa in capricorno signifi
cat bellum inter reges ⁊ multa
infortunia in occidēte ⁊ regi ibi
dem ⁊ rixam ⁊ rumores terribi
les in persia: ⁊ versus meridiem
multitudinem latronuꝫ: depres-
sionem religiosoꝝ ⁊ bonorum ⁊
mortem ⁊ nimiam grandineꝫ ⁊
niues ⁊ destruent plante ⁊ ma-
xime ortorum: ⁊ in oriente im-
pedimenta regum ex inimicis
suis ⁊ erunt causa mortis eoruꝫ
et renouationis regni ī magna
tibus ⁊ erunt niues multe ⁊ plu
uie et saluatio vinearum et fru-
ctuuꝫ: in occidente herbositatē
anni et aquarum abundantiam.



¶Cometa ĩ aquario significat mortem regis in parte orientis: et virum qui queret regnum: et multam mortem cedem et pugnam in parte occidentis: et durabit hoc lõgo tempore: ꝛ leprã et tenebrositatem aeris et multa tonitrua et coruscationes et fulmina et mortem multorum propter hec auium paucitatem et piscium et vilitatem annone: et si est in parte orientis cum sole in aquario multa erit herbositas: in occidente si est erũt multi rumores terribiles in persia ꝛ depredationes.



¶Cometa in piscibus significat mortẽ ali.uius plebis et multã cedem in regibus nigroꝝ et egyptioꝝ et hoc propter causas fidei et erunt prodigia: et rex exibit et comburet ciuitates et habebit malũ: et erit abusus inter hoĩes et interficient se religiosi adinuicẽ et apparebit pauptas et pisces morient̃ et nõ erit proficuũ in aquis: et si apparet ĩ oriẽte et sol est in piscibꝰ erit vehemẽtia in ducibꝰ et p̃ncipibꝰ et erunt inobediẽtes regi et tollent censum regis et erit timor in multꝭ climatibꝰ: et infortuniũ ĩ persia cũ pluuijs multis: et si in occidẽte multe erũt hoĩm angustie et mortes ĩ pluribꝰ climatibus et p̃cipue in parte occidẽtis et durabit annis tribꝰ et erunt aues multe et pisces et inundatio fluminũ: et si fuerit cuz dñis aliquoꝝ sigt̃ angustias illoꝝ et bella eis aduenire et erit inuidia et iniuria int̃ homines et maxĩe in hoibꝰ altis et in hoibꝰ mediocribꝰ sigt̃ etiã inimicos et ĩfortunia propter hoc. ¶De signo vel planeta cuiuslibet loci particularis vel ville domino sciendo: credo quadruplicẽ esse viã unã ꝑfundationẽ ville vel loci: qꝛ signũ tunc ascendens est signum ville vel loci ꝛ planeta potentior illa hora



est planeta illius ville vel loci ꝛ dicitur almutaz ꝛ hec est via certioꝛ que haberi potest. Alia via est per magna accideutia siue bona siue mala que accidunt ville vel loco quia si bonum sit accidens opoꝛtet ꝙ planeta significatoꝛ ville vel loci sit potens in figura ꝛ signum suum sit in aliquo anguloꝛum ꝛ boni planete in eo vel ipsuz aspiciētes. Si vero malū fuerit accidēs opoꝛtet ꝙ planeta ville vel loci sit debilis ꝛ coniunctus cuz malis vel maliuolo aspectu ipsos aspiciens ꝛ figuum suum sit cadēns ꝛ mali in eo vel maliuole ipsum aspicientes. Tercia via est per cōsideratione̅ decime dom⁹ natiuitatis dn̄i qui villam fundauit: ꝛ hec tercia via ponit̄ in quadripartito glosatoris parte secūda caplo. 3. in fine. Quarta via ponit̄ ab aliquib⁹ ꝑ diem foꝛi illius ville quia si sit in die veneris venus est planeta illius ville.

Tractatus sextus de mutatione aeris.



DE mutatione aeris pꝛescire intendens: multa philosophoꝛuz volumina perquesiui: ex quib⁹ ꝑpendi ꝙ oīs mutatio aeris fit aut ex natura signoꝝ aut stellarū que in eis sunt: aut ex natura planetarū in se ꝛ in figuis ꝛ eoꝝ cōiūctionib⁹ ꝛ applicationibus. Ideoqꝫ pꝛimo collegi naturā signoꝝ ꝛ stellarū que ī ipis sunt. Secūdo naturā planetarū in se ꝛ in signis ꝛ eoꝝ coniunctiones ꝛ applicationes. Tercio regulas quas ponūt philosophi de mutatione aeris p̄sciēdas. ¶ Aries vniuersalit̄ tonat ꝛ choꝛuscat: ꝛ eius pꝛīcipiū pluuias facit ꝛ ventos: medietas est tempata: extrema cōburunt ꝛ moꝛtalitatē generant: ꝛ septētriones calefaciūt ꝛ destruūt: meridiane cōgelāt ꝛ infrigidant. ¶ Thaurus vtrāqꝫ cōplexionē tenet vl'r: plus tamē ad caloꝛē declinat: ꝛ stelle circa pꝛincipiū eius: ꝛ maxime que circa pliades sunt terremotus ꝛ vētos ꝛ nebulas faciūt: in medio humectāt ꝛ infrigidāt. In extremo tūc circa aldeboꝛā ignes coruscationes ꝛ tonitrua faciūt: septētrionales tēperate sunt: meridiane instabiles inoꝛdinatos mot⁹ faciunt. ¶ Gemini vniuersalit̄ faciūt temperiē in pꝛincipio humectāt ꝛ destruunt: in medio tēpoꝛāt: ī fine cōmiscēt: septētrionales vētos ꝛ terremot⁹ faciūt: meridiane ignee sūt ꝛ cōburūt. ¶ Cācer generalit̄ facit serenitatē ꝛ caloꝛē: ꝛ in pꝛīcipio circa p̄sepe calidū ꝛ turbidū facit aerē ꝛ terremot⁹: q̄ sunt in medio tēpoꝛāt: in extremo vētos faciūt: septētrionales ꝛ meridiane cōbuste sunt. ¶ Leo vniuersaliter calidū ꝛ turbidū facit aerē ꝛ sil'r ei⁹ pꝛincipiū ꝛ moꝛtalitatē: mediū tēpoꝛat: extremū humectat ꝛ destruit: septētrlonales ignee sūt ꝛ cōburūt: meridiane humectāt. ¶ Virgo vniuersalit̄ humectat ꝛ tonat: pꝛincipiū calefacit ꝛ destruit: mediū tempat et extremū. ¶ Libra vniuersalit̄ variat pꝛimū: ꝛ mediū tempat: extremū est aquaticū: et septentrionales ventos: meridiane humidū et moꝛtalitatē faciunt. ¶ Scoꝛpio vniuersalit̄ tonat et est igneum et in pꝛincipio ventos nimiū facit: et in medio tempoꝛat: et in fine sue stelle terremotum faciunt: septētrionales comburunt: meridiane humectant.

¶ ♐ vniuersaliter ventos facit: principiuȝ humectat: in medio temperat: in fine igneus est: ⁊ septentrionales ventos adducunt: meridiane fortiter humectant ⁊ variant. ¶ ♑ vniuersaliter nimis humectat: principium cōburit ⁊ destruit: mediū temperat: in fine facit pluuias: septentrionales ⁊ meridiane fortiter humectant ⁊ destruunt. ¶ ♒ vniuersaliter infrigidat ⁊ est aquatic⁹ in principio est humidus: in medio temperatus: in fine ventosus: septentrionales comburūt: meridiane ventos nimium faciunt. ¶ ♓ vniuersaliter infrigidat et ventos facit: principium temperat: in medio fortiter humectat: vltime stelle comburunt: septentrionales ventos faciunt: meridiane sunt aquatice. ¶ He sunt ergo nature signorū duodecim ⁊ stellarū que in eis sunt et sunt hec. 12. verba compilationis mee. ¶ Signa quoqȝ humida sunt ♋ ♌ ♏ ⁊ ♒ additur ♐ propter maria que in eius extremo consistunt: ⁊ ♓ propter riuos quibus preest. ¶ Partes signorum humide sunt fines ♈ ⁊ principium ♉ ♋ finis ♑ : ⁊ principium ♒ ⁊ principium ♌.

¶ Adhuc aūt occurrit notanduȝ ꝙ mansionum ☽ de quibus prius dixim⁹ quedam sunt humide: quedam sicce: quedam medium tenentes inter humiditatem ⁊ siccitatem.

1 Cornua ♈ medium tenent
2 Venter ♈ desiccat
3 Caput ♉ humectat
4 Cornu ♉ humectat
5 Caput canis validi desiccat
6 Sidus paruum lucis magne medium tenet
7 Brachium humectat
8 Nebulosa duo sidera cum nube media medium tenet
9 Oculus desiccat
10 Frons humectat
11 Capillus medium tenet
12 Cauda ♌ humectat
13 Canis medium tenet
14 Spica medium tenet
15 Cohoperta humectat
16 Cornua humectat
17 Corona super ♎ ♏ humectat
18 Cor ♏ desiccat
19 Cauda ♏ humectat
20 Trabs humectat
21 Desertum medium tenet
22 Pastor humectat
23 Blucies medium tenet

24 Sidus fortune medium tenet
25 Papilio desiccat
26 Hauriens primus desiccat
27 Hauriens secundus humectat
28 Piscis medium tenet

¶ Video ergo quod mansiões humide sunt. 12. sicce sex: relique sunt tẽperate. ¶ Quidam ponunt mansiones ☽ .27. tantum: et sic cedunt cuilibet precise gradus. 13. et vna tercia: et .28. non ponũt: quia ☽ est sub dominio ☉. ¶ De planetarũ naturis seu proprietatibus dicunt philosophi quod planete pluuiales sunt ♀ ☿ et ☽ et horum et aliorũ opera sic cognosce. ¶ Cum prefuerit ♄ ãno absque aspectu ♂ vel alterius planete frigus intimet in septentrione aĩalia et semina: et magis cum ascendit a medio circulo augis sue: et tunc propter dominiũ ♄ terre vltra moduz calide temperantur et animalia ibi et semina confortantur: et erit bonus aer eorum. Cum fuerit ♄ descendẽs similiter in septentrione erunt vermes in animalibus et caristia mortifera. ¶ ♄ in signo igneo maximum calorem signat. ♄ in signis portionis ☉ que est a ♌ in ♒ submersionem signat in aquis: in portione ☽ que est ab ♒ in ♌ signat sitim ¶ ♂ cum prefuerit anno temperabitur frigus hyemis in septentrione: et ex hoc animalia et semina confortabunt si hoc est absque ♄ vel alterius planete aspectu. Et in terris calidis fit destructio animalium et seminũ: et hoc mag. si ascendat a medio circulo augis: et tunc erit guerra: mors festina: et preuaricatio. ♂ in signo calido calorem magnum facit. In signo humano bellũ excitat: et magis cum occultatur a ☉: vel cũ est in signo dedecoris sui quod est ♋. ¶ ☉ variat quartas annorum secundum ♂ et aspectum planetarũ ad eum calidorum vel frigidorum. ♄ enim cum ☉ in hyeme absque aspectu ♂ vel alterius auget frigus: in estate cum ☉ minuit calorez: et ♄ operatur fortius in signis et quartis frigidis: et ♂ in calidis. ¶ ♃ cũ ☉ absque aspectu alterius temperat aerem: et facit ventos septẽtrionales temperatos ex quibus animalia et semina confortantur: similiter cum preest anno et ipse occasio fortune. ¶ ♀ quandocũque vel est cũ ☉ vel preest anno: auget humiditatẽ in hyeme et vere et minuit siccitatem in estate et autumno: ita si eam non aspiciat alius: et dat bona coniugia et coitus: et comestiones multas et amores. ¶ ☿ coniunctus ☉ vel cum preest anno variat tempus et corrumpit vento et siccitate: et dat ingenium subtile et eius significatio est diuersa. ¶ ☽ in prima quarta mẽsis est calida et humida: in secunda calida et sicca: in tercia est frigida et sicca: in quarta frigida et humida: et in quolibet mẽse omnia signa visitat et naturas cõmiscet et temperat et confortat vt durare possint animalia et semina. ¶ Et cum preest anno vel miscetur ☉ operatur per quartas anni vt dixi: et ita operatur in mense ☽ vt ☉ in anno.



His tanq̃ generalibus ꝑnotatis: pro quartis anni obserua introitum equinoctiorum ꝛ solsticiorum precedentes coniunctiones vel preuentiones ☉ et ☽ :ꝛ angulos celi in horis illis: et hoc in omni climate:et dominos locorum coniunctionuz vel preuentionum ꝛ angulorum:ꝛ ꝯm vires stellarum dñantium in illis iudica qualitatez aeris. ¶ Alterationes aeris fiunt frequentius tribus diebus ante coniunctionez ☽ cum ☉ vel tribus post. Cum planete mane vel sero apparent solito clariores in oriente vel occidente ꝯm ☉ affinitatez tunc alterant tempus ꝯm suas naturas. Item in angulis celi luminaria tempus alterant. Item venti non fiunt nisi per cursum duorum luminarium ad istos ordines:et fiunt ad partem ad quam declinat ☽. Si fuerit ☽ nigra vel viridis aut spissa hyemalem aerem ꝛ pluuialē notat. Itē si circulus clarus circundat eam ꝛ paulatim breuiabitur serenitatē sign at. Item si duo vel tres circuli eam circundant aerem signant hyemalez. Itē si ad clarum ruborem declinant ꝛ sunt quasi abscisi hyemalem aerem signt et ventos peruualidos. Item si turbidi sunt et spissi hyemalem aerem qui fit per ventos ꝛ niues significāt. Item si ad nigram viriditatē abscisi declināt hyemalē aerem per ventos significant. Item circa alios planetas ꝛ stellas claras circuli similiter significant. Item cum pliades ꝛ elpheta ꝛ alie quibꝰ plures stelle appropriant̄ sunt clariores solito ꝛ maiores apparent: ventos significant a parte in qua sunt. Itez cum alpheta ꝛ presepe ꝛ similes illis in sereno quasi non apparent vel sunt spisse multitudinez pluuiarum ꝛ aerem hyemalem significant. Itē stelle clare ꝛ fulgide ventos validos significant ¶ Comete ꝛ assub semper significant siccitatem ꝛ hoc ꝯm illoꝝ multitudinē ꝛ spacij longitudinem. Item occultatio stellarum ab vno anguloꝝ ventos ab illa parte significant:ex diuersis angulis ventos inordinatos: si ex quatuor angulis venit aerem hyemalē ex multis differentijs ꝛ tonitrua ꝛ chorruscationes et similia. Item nubes similes floccis lane notant aerem hyemalem. Item yris tempore sereno aerem significat hyemalem:et pluuioso serenitatem:ꝛ colores similia sibi semper signt. Obserua in yride ꝙ eius altitudo ꝛ ☉ .42. graduum altitudinez non excedit:ꝛ habet ruborem ab igne ꝛ est purpureus ab aqua:iacinctinus ab aere:viridis a terra: et dicitur yris ab aere. ¶ Sole intrante ♈ si ♄ est in humido iudica humiditatem:simil'r de alijs pluuiosis:sed ♄ magis significat nubila ꝛ frigus. Si tunc ♄ ♀ ☿ ꝛ ☽ dominātur pluet multum:maxime si sint in signis pluuialibus scꝫ in fine ♑ ꝛ in principio ♒:in fine ♈ ꝛ in principio ♋ vel ♌. ¶ ♃ temperiē facit et ventos a sinistris. ¶ ♂ calorem et ventos a dextris. ¶ ♀ pluuias. ¶ ☿ ventos. ¶ Luna pluuias: et hoc ꝯm naturam illius cui iungitur vel quem

aſpicit ☉ in ſuperiori medietate ecentrici ſerenitatem facit: in alia pluuias.
¶ In reuolutione anni ſi ♂ in ſigno proprio eſt pluet multum: in domo ♄ parum: in alijs mediocriter: in ☌ vel ☍ que precedit reuolutionem anni: ſi ♂ locũ illum aſpiciat erunt fulgura tonitrua ⁊ lampades. ¶ Annuales pluuie ſm indos preſciuntur ſic in ☌ ☉ et ☽ vel ☍ ante introitum ☉ in ♈: ſi ☽ prius aſpicit ♄: ⁊ ipſa ⁊ ipſe ſunt in humido: ⁊ non intercipit aſpectus ♃: erunt nubes nigre ⁊ pluuia lenta ⁊ durans: ⁊ ſi planete inferiores ☉: ♄ tũc aſpiciunt erit pluuia maior ⁊ plus durans. ¶ In reuolutione anni ſi ♀ ☿ ⁊ ☽ in locis humidis fuerint pluuie redundabũt. In reuolutione anni ſi partes planetarum pluuie ſcʒ ♀ ☿ ⁊ ☽ cadunt in locis humidis erunt pluuie vt noceant. ¶ In reuolutione pars ☿ accipitur ſic in ☌ vel preuentione que precedit reuolutionem anni: accipiuntur gradus qui ſunt a ☿ in dominum ſigni in quo eſt ☿ ⁊ adduntur gradus qui aſcenderunt de ſigno aſcendẽte: et fit proiectio ab inicio aſcendẽtis ſigni: et iuxta dominũ in quo numerus terminatur iudicatur aura: ſi tunc ♂ eſt in angulo terre ⁊ in terreo inueſtitꝰ ☿ terremotum et corruptionem mineralium facit: in igneo combuſtionem terre ⁊ ſeminum: ſimiliter in alijs. ¶ In reuolutiõe pars pluuie accipitur in die a ♀ in ☽: in nocte econuerſo ⁊ proijcitur ab aſcendẽte: que ſi cadit in humidum erunt multe pluuie et econtra: et cum ad locum illum ☽ peruenerit pluet: ſimlr cum ♀. ¶ Cum ☉ intrat ſignum tropicum ſi tunc ♀ de humido aſpicit ☽ in humido pluuie erunt multe: ſi tunc ☽ non eſt in humido ſed ♀ mediocris erit. ¶ In reuolutione ſi ☽ aſpicit ♀ vel ☿ ⁊ ambo ſunt oriẽtales in principio anni erunt pluuie multe: ſi occidẽtales econtra. In reuolutiõe ſi ☽ tunc decidit a ♂ pluet illa die. In reuolutione ſi ♂ de ♏ aſpicit ♀ pluuie abundabunt. ¶ Cum ☉ eſt in ♈ vel ♉ ⁊ ♀ tunc retrograda: ver erit pluuioſum valde. Cum poſueris principium quartarum menſis minutum ☌ alteratiõis prenoſces aeris humiditates: ⁊ maris acceſſio maxima eſt in ☌ ⁊ ☍ luminarium: minima in quartis: ad quartas decreſcit: de quartꝭ creſcit
¶ Pars diei eſt accipere oriente ☉ omni die quantũ eſt a ☉ in ♄ ⁊ hoc tunc a loco ☽ proijce ſi cadit in humidum humiditatem ſignificat et econtra: in domũ ♀ ⁊ ☽ pluuiam: in domũ ☉ ⁊ ♂ ſerenitatem: ♃ ⁊ ☿ ventos ♄ nubula Cum ☽ eſt cum ♀ vel ☿ in humido: ⁊ magis cum vtroqʒ pluuie abundabũt Si ☽ eſt in ♏ ⁊ ♂ in oppoſito pluuie abundant. Cum ☽ et ♂ ſunt ſimul in humido ⁊ alter inferiorum a ☉ aſpicit ♂ nubila erunt terribilia lampades ⁊ tonitrua ⁊ grando ſed non pluet niſi ♂ aſpiciat ♄ vel ♃ vel ☉ ſi diſpoſitor temporum glorioſus deus voluerit ⁊ ſublimis. ¶ ☽ intrans ♋ hora ☉: ♍ hora ♀: ♎ hora ♃: ♐ hora propria: ♉ hora ♂: ♊ hora ☿ ſignificat ſm naturam dñi hore ⁊ ſigni in quo eſt ipſe. Cum ☽ intrat ♒ vel ♓ vertit aerē ⁊ pturbat. Cũ ☽ ☿ aduſto applicat aut ei de ♏ opponit̃ pluuiã facit. Cũ ♀ ♂ applicat in ♏ ſtatĩ pluet. Cũ ☉ ♀ ☿ ⁊ ☽ ſil' ſunt imbres ꝯtinuos faciunt

illa die: etiã si ☽ aspicit eos aliunde. Cũ ☽ fuerit in ♏ ⁊ ♂ in opposito ⁊ ☉ in ♒ vel ♓ pluuie abundant. Cum ☉ est in ♒ ⁊ ☽ in ♌ illa die pluet. Cum ☉ intrat ♎ si ♀ est cum eo infra vnum signum pluuie erunt multe: et magis, si fuerit occidental' ⁊ sub radijs in principio anni: si orientalis ⁊ nõ sub radijs erit in fine anni. ¶ ♀ in angulo in ☌ et ☍ luminarium certum est iudicium pluuiarum. Similiter dñs ascendentis in angulo ⁊ in aqueo. Cum ☉ est in emisperio australi scꝫ a ♎ in ♈: ⁊ ♀ sub radijs ☉: ⁊ ☽ sibi applicat stati pluet die illa ⁊ hora: pluet cum ☽ in cardine ⁊ in aqueo applicat ♀ vel ☿: ⁊ durat q̃diu durat applicatio. Si ☉ est in ♓ vel ♈ et ☽ in opposito vel in ♐ in locis vaporosis die illa imbrium erit affluẽtia. Cum ☽ est in opposito ☉ aut cum ♀ in ♓ in ♈ ♎ vel ♏ erũt lampades tonitrua ⁊ fulgura. ♀ intrans ♋ pluuias facit. ♄ ♃ ⁊ ♂ ꝯiuncti pluuias faciunt ⁊ torrentes. Cum ♄ est in auge sui circuli ⁊ ☽ sibi coniungitur in fine mensis significat augmentum rei quã significat signum in quo est. ¶ Cum ☽ applicat ☉ nubes erunt et imbres ex quibus flumina redundabunt. Cum ♀ nubes candide: imbres mediocres venti leues. Cum ☿ nubes varie crocee rubicunde nigre glauce et pallide. Cum sola est situs nubium fit discursus colorum diuersitas et interruptio imbriũ. Cuꝫ ♄ nubes nigre: fulguris asperitas: venti ⁊ pluuia vicissim. Cum ♃ nubes candide ⁊ nigre ⁊ quasi ad inuicem supposite: lampades tonitrua ⁊ imber ⁊ aeris quandoqꝫ temperãtia. Cum ♂ nubes rubicunde ⁊ pallide yris ⁊ imber in principio bonus aer calens: ⁊ quandoqꝫ frigus: et hec septeꝫ capitula sunt indorum. ¶ Planeta retrograd⁹ vsqꝫ ad oppositionem solis plus significat pluuias q̃ ecõtra. Luna' in signo feminino si respicit planetam retrogradũ in signo feminino statim pluet. Luna iuncta planete retrogrado aucta lumine signum est pluuie. ¶ Centra ☽ sunt duodecim Primũ est locus coniunctionis ☉ ⁊ ☽. Secundum est a ☌ per. 12. gradus. Terciũ est a ☌ per. 45. gradus. Quartum per. 90. gradus a ☌. Quintum abinde p̱ 45. gradus. Sextum in. 12. gradus ante oppositionẽ. Septimum locus ☍ ⁊ alia. 5. ab ☍ ad ☌ sicut a ☌ In quib⁹ locis ☽ obserua q̃lia sint an humida an sicca an mediocria: et quibus iungitur corpore vel aspectu iudica iuxta illud. ¶ Apertiones portarum sunt deceꝫ: ⁊ sunt inter eos quorum domus contrarie sunt inter se vt ♄ ⁊ ☉: ♄ ⁊ ☽: ♃ ⁊ ☿: ♂ ⁊ ♀. Unde si ☉ iungitur ♄ vel ☽ ♄ apertio porte est. Item si ☿ ♃ si ♀ ♂. Item si ☽ transfert de ☉ ad ♄ vel econuerso de ♃ ad ☿ vel econuerso de ♂ ad ♀ vel econuerso semper est porte apertio: ⁊ sic decem sunt porte apertionis in quib⁹ fiunt aeris mutationes ſm naturas eorum inter quos fit translatio: ⁊ qui recipit ☌ vel aspectum dominus rei est. ¶ Indi diem pluuie sciunt per distantiam ☌ vel ☍ luminarium vel quadrature ad gradum planete pluuialis: ita si ☽ est in signo mobili dant cuilibet gradui horam vnam: in fixo diem: in cõmuni in prima eius medietate dant diem: sed in secunda medietate dant horam et

tunc pluet: ⁊ si ♂ tunc aspicit ♄ differtur pluuia quousq̄ ☽ aspiciat ♄ opposito vel □ aspectu in sicco: vel vim dat ♃ existente vtroq̄ in humido: ⁊ alter inferiorum ♃ aspiciat nubila tunc erunt: ☽ et ♃ sic se habentibus si neuter inferiorum ♃ aspiciat: si ipse ♃ ♄ aspicit pluet. ¶ Non est diuersitas in celo nec in planetis nisi s̄m eorum situm in longitudine latitudine in sursum et deorsum. Et fit diuersitas aeris per ecentricum ☉ et planetarum ad ☉: et inter se per diuersitatem eorum ad terram: et quantitas corporis ☉ et eius calor vincit planetas qui sunt sub radijs eius. Et cum planete descendunt ad fundū epiciculi calidi sunt: sed si cū hoc sūt in sūmitate ecentrici non apparet eorum calidum sed frigidum. ¶ Et sciendū q̄ cum centrum planete est minus sex signis descendit in ecentrico cū plus ascendit. Et cū argumētū planete ē min⁹ sex signis descēdit ī epiciclo si pl⁹ ascēdit. Et si in q̄rta estiua. 5. sunt directi propter eo᷑ infrigidationē erit estas decora. Si tūc retrogradi erit calida ⁊ ventus calidus ↄ̄sumet septentrionalia: nam retrogradi calefaciunt: directi infrigidant. ¶ Si ☉ est infra ♑ ⁊ ♈ hoc est in hyeme et vnus retrogradus est cum eo siccitas erit: si duo humiditas congruens: si tres humiditas addens: si q̄tuor fiet diluuium: de superioribus non potest hoc esse nisi per aspecū. Si omnes sunt retrogradi cum ☉ est in quarta autumnali ⁊ diriguntur in hyeme erit siccitas sūma in omni climate ¶ Leues combusti in quarta autumni faciunt frigus ⁊ humiditatem: in quarta hyemali nubula ⁊ ventos meridianos: in vernali nubula: in estiuali caliditatē ⁊ tonitrua: similiter ⁊ de ponderosis: ⁊ a latitudine. 9. graduū ab equatore vsq̄ ad. 60. fiunt pluuie. ¶ Si ♄ ♃ ☉ ⁊ ☋ draconis aut ♀ sunt coniuncti faciunt torrentes destruētes ciuitates ⁊ magis in hyeme. Si ♂ retrograd⁹ aspicit ☉ fulgura cadent vrentia: ♂ respiciente ♀ ⁊ ☽: si ☿ illū vel illā cōcomitatur erunt imbres cum guttis grossis. ¶ Cum ☉ intrat. 18. gradum ♏ si tunc ♀ est in aqueo erunt pluuie ad submersionem. ¶ Cum ☉ est in ♒ et ♀ ⁊ ☽ applicat ♀ vel opponitur ei statim pluet. ¶ Si ♀ est retrograda ⁊ orientalis ⁊ ☉ in ♑ ♒ vel ♓ ī vere dat imbres paucos in principio hyemis abūdantes. ¶ Item ♀ in hyeme directa oriētalis in principio dat pluuias paucas: in fine hyemis multas: nisi stella q̄libet ☉ discurrat affinior. ¶ ☉ in terminis ♂ in estate auget calorem: in hyeme ⁊ vere facit siccitatē ⁊ pluuie paucitatem. ¶ ♄ ⁊ ♂ sicci sunt qui coniuncti in ♋ cū testimonio ♃ ☉ ⁊ ☽ significant in omnibus orizontibus siccitatem.


Entus est vapor terreus aerē transcendens ⁊ eum vehementer impellens. Itē alius dicit: ventus est aer densus vsq̄ ad offensionem tempestuosam excitatus: cum ☉ est inter ♈ ⁊ ♋ venti erunt orientales: ad ♎ septentrionales: ad ♑ occidētales: ad ♈ meridiani. ¶ Configuratio ☿ cum ☽ ventos facit: cum ♄ si non est retrogradus ventos cum nubibus nigris: retrogradatio ♄ ventis contradicit: ⁊ magis in signo terreo: similiter ♂ in signo terreo ventis cōtra


dicit:cum ♃ salubres:cum ♂ calidos et igneos: cum ☉ in ventoso calidos
vel pessimos facit ventos. ¶ Ite͂ si ☉ fuerit in ♑ ⁊ ☽ fuerit in ♏ vel ♑ vel ♉
vel ♍ fridissimi flabunt venti. Idem ⁊ magis si ☉ fuerit in ♒ ⁊ ♄ in oppo-
sito ⁊ ☽ respicit alteruꝫ. ¶ Venti principales sunt quatuor ⁊ habet quilibet
duos collaterales. Ab oriente subsolanus habet vulturnuꝫ a sinistris:euru͂
a dextris. A meridie auster habet a sinistris nothu͂:a dextris affricum. Ab
occidente sephirus habet a sinistris circium:a dextris fauonium:licet fauo
nius principalis ponatur a quibusdam. A septentrione aquilo habet a sini
stris boreaꝫ:a dextris chorum. ¶ Venti sunt duodecim propter duodecim
portas ☉ per q̄s exeunt ⁊ ipse illos facit. Et vapor siccus ⁊ subtilis et frigidꝰ
in aerem eleuatus facit ventum: et siccus ⁊ grossus in terra conclusus facit
terremotum:⁊ siccus vapor inuolutus humido choruscationes facit ⁊ toni
trua:vapor autem humidus est materia pluuiaru͂ ⁊ huiusmodi. ¶ ☉ eleuat
ventos orientales: ♂ meridianos: ☽ occide͂tales: ♃ septentrionales. Ma-
teria venti vadit vel detrahitur a deorsum in sursum:sed reditus in deorsuꝫ
fit tortuosus:vnde in hoc motum stellarum imitatur super arcum orizontis.
Qꝫ au͂t ventum deprimit a sursum in deorsum est frigidum superioris partis
aeris ⁊ non est motus eius continuus:quia semel depressus confortatur ca
lore loci inferioris ⁊ iterum eleuatur. ¶ Venti orientales sunt calidi ⁊ sicci:
quia via illa ☉ est vnde subtiliat ⁊ calefacit. Occidentales econtra ex causa
contraria scꝫ frigidi ⁊ humidi:quia cum exeunt a regione calida occurrunt
eis venti septe͂trionales a locis frigidissimis quos aperiunt frigore constri-
ctos ⁊ trahunt humiditateꝫ. Septentrionales sunt frigidi ⁊ sicci ꝓpter frigꝰ
q̄d ibi vapores constringit:⁊ in omni vapore est aliquid de tribus elementis
aere aqua ⁊ terra. Vnde non potest esse omnino simplex quod vaporat:et
propter terreum quod est in vapore venti. Ventus denigrat vt fumus qui
etiam niger est propter terrestre adustu͂. Venti sunt in montibus qui iuncti
sunt aeri qui quemlibet vapore͂ percutit ⁊ aereꝫ impellit. Et ventus non po͂t
ire sursum ꝓpter frigus obuians:nec deorsum propter calore͂ obuiante͂:nec
retro ꝓpter frigiditate͂ impellente͂:vnde cogitur in oppositu͂ ire:⁊ ventus no͂
exit locu͂ suum naturalem: q̄a induens natura͂ aeris in eius regione mouet̃
Et auster est flexuosus q̄a aquilo sibi occurrens ipsum rep̄cutit et inuoluit:
rep̄cutit quide͂ suo loco:sed aq̄lo flat rectus:q̄a obtusu͂ austri ip̄m rep̄cutere
no͂ po͂t. ¶ Si in signo scđo a p̄mo tonuerit sig̃tio p̄mi p̄ibit. ¶ In ♈ si tonu
erit herbe abu͂da͂t:angustia erit filijs hoi͂m:suspe͂dia multiplicabunt̃. ¶ In
♉ a͂nona bona in montibꝰ:pauca in vallibꝰ:vinum ⁊ bestie agri multiplica
bunt̃. ¶ In ♊ pluuie erunt multe et gra͂dines:frumentu͂ ⁊ legumen multu͂
aues pauce:reptilia multa. ¶ In ♋ fames ⁊ co͂motio:locuste fructus terre
fastabu͂t. ¶ In ♌ seditio erit int̃ regna:a͂nona cara in p̄ncipio:in nouissimo
ppl'i seditio:⁊ morient̃ magnꝰ ho͂. ¶ In ♍ fere hoibꝰ isidiabunt̃ ⁊ q̄drupedia
morient̃. ¶ In ♎ siccitas in p̄ncipio:in fine a͂ni pluuie:⁊ a͂nona cara in fine

¶ In ♏ racemi pauci pisces ⁊ pecudes morientur femine aborcient: venti erunt magni: ☽ in oriente obscurabitur. ¶ In ♐ pluuie erunt congrue: fructus arborum cadēt: serui regis preliabuntur. ¶ In ♑ multe gentes dispergenť: ⁊ erit magna pestilentia in filijs hominū mortalitas vndiqꝫ. ¶ In ♒ pluuie magne: terror hominibus: ventus affert tussim ⁊ scabiem: ⁊ erit commotio magna in seculo. ¶ In ♓ gelu ⁊ siccitas in terra: fruct⁹ terre deficiēt vinum multum abundabit: diuitie erunt: homines infirmabuntur: non tñ multi morienť. ¶ Januarij tonitrua ventos validos ⁊ abundantiaꝫ frugū significant. ¶ Februarij mortem multorum hominum et maxime diuitum pronunciat. ¶ Marcij ventos validos: ⁊ abundantiam frugum: et lites in populo. ¶ Aprilis bonum ⁊ iocundum annum. ¶ Maius famem signat. ¶ Junius frugū copiam ⁊ maxime annone: ⁊ malas infirmitates. ¶ Juli⁹ anno illo annonaꝫ bonam: sed fructus pomorum peribit. ¶ Augustus rei publice prosperitatem: sed multum hoīes egrotabunt. ¶ September abundnntiam frugum: ⁊ occisiones potentū. ¶ October ventum validum affert ⁊ annone ⁊ fructus arboꝝ inopiam. ¶ Nouember abundantiam frumenti et iocunditatem anno illo. ¶ December annone abundantiam: pacem in populo ⁊ concordiam. ¶ kal' ianuarij si fuerint in die dominico hyems erit bona sed ventosa: ver humidum: estas ⁊ autumnus ventosi ⁊ annona satis et pecora ⁊ mel: vindemia legumina fructus ortorum peribunt et iuuenes: discordia inter reges latrocinia multa. Si die ☽ hyems cōmunis: ver temperatum: estas calida: diluuia formidines et infirmitates: viles morientur: bella inter mulieres: principiū mutationis: matrone lugebunt: glacies mag̃ reges interibunt: strages magna ferro: vindemia mala: apes morientur. Si die ♂ hyems magna ⁊ nix et diluuium: ver ⁊ estas humida: autumnus siccus: frumentum carum: pecorum interitus repentini: incole regnabunt: mel multum: ligna cara: incendia multa: pestilentia nimia: legumina bona fructus arboꝝ peribunt: oleum abundabit: romani meliorabuntur in aliq̃ mulieres morientur: ⁊ reges ⁊ vindemia mala. ¶ Si in die ☿ annona vilis vindemia bona: hyems calida ⁊ prospera: ver malum et humidū: autumn⁹ temperatus: pericula ferri: olei copia: ventrꝰ ⁊ precordioꝝ solutio: mulieres morientur: in locis diuersis fames erit: ⁊ aliquid noui audieť: iuuenes morientur. ¶ Si in die ♃ hyems tempestiua: ver bonum: estas mala: autumn⁹ siccus: frumēti parum: vindemia bona: lippitudo oculoꝝ: infantes peribūt: bella ⁊ seditio militum: terremotus: pericula regum: oleum multū: rumores magni apud principes. ¶ Si die ♀ hyems īportuna ⁊ sicca: frugum copia: oculorum dolores: infantes morientur: grando multa. ¶ Si die ♄ hyems ventosa: ver magnum estas varia assiduis tempestatibus: autumn⁹ siccus: ānona cōmoda: porcoꝝ interitus: ligna cara: terciane multe: varijs languoribus homines vexabūtur: senes morientur: incendia multa: fenum multū

fructus pauci: ꝛ homines morient̃. ¶ Nox kalendarũ Januarij si est serena hoc est sine vento ꝛ pluuia. annus intrans bonus erit: si cum uento oriẽtali morient̃ pecora: cum occidentali reges: cum meridionali erit mortalitas: cum septẽtrionali erit sterilitas. ¶ Januarij luna prima si fuerit luna ĩ capite arietis quod dicit̃ almarach preualebunt pluuie ꝛ eradicabunt̃ segetes. Si luna prima sursũ mittit cornua erit sicca: si visum torquens ferrogi niũ habet pluuialis erit: si vnũ sursum aliud deorsum semi humida erit. Et in luna tercia si tonuerit bis illo mense tempestas erit. Si in quarta fulgura ꝛ grando. ¶ Agricule dicũt ꝙ nulla blada habentia paleas concauas possunt diu seruari sed putrefiunt ꝛ corrodunt̃ a vermibus post eoꝝ collectionem si seminent̃ luna multũ diminuta. ¶ Arcus yridis in diuersis locis diuersa significat a meridie ortus magnam vim aquarũ venire: signat enim magnam vim aquarũ in aere esse qui in meridie possunt dominari vel dissolui: si circa occasum refulserit tonabit ꝛ leuiter pluet: si ab ortu surrexerit serena promittit. ¶ Circulus circa lunam qui halo dicit̃ si delapsus fuerit equaliter et semetipsum euanuerit significat aeris tranquillitatē cũ in vna parte ruptus fuerit illinc ventus vnde scinditur: si in pluribus locis ruptus fuerit tempestatem in mari naute expectant.

Tractatus septimus de natiuitatibus.

In hoc tractatu septimo colligere de natiuitatibus intendo Et primo de subito morituris siue parum victuris. Secundo de monstris. Tercio de natis perfectis ꝛ eorum vita substantia ꝛ fratribus: ꝛ sic per ordinẽ ꝭm domos .12. ad que inuoco suppliciter dei auxiliũ: qꝛ iste transitus est difficilis ꝛ fere incomprehensibilis ꝭm hominũ intellectuꝫ confisus ergo de ipso qui omnibus habundanter dat: ꝛ nulli improperat philosophorum: sed de hoc sententias aggredior in suo nomine taliter ordiendo.




Atiuitas est exitus nati de vtero sue matris. Cū fuerit impeditū luminare cui⁹ est auctoritas vt solis in die: lune in nocte: ꝛ gdus ascendētis ꝛ recesserit dñi luminariū ab angulis: q tūc nascit̄ cibū nō gustabit: ꝛ hora mortis eius est cū peruenerint luminaria ad malū. ¶ Tres dñi triplicitatis ascēdentis cum recesserint ab angulis: ꝛ similit̄ luminaria ꝛ eoꝝ dñi ꝛ ꝯiūctio vel preuētio que precessit natiuitatē natus nihil gustabit vel mōstrum erit Mars ꝛ luna si fuerint simul in ascēdēte in natiuitate: ꝛ saturnus i octaua natus de vtero matris nō exibit viu⁹. Saturn⁹ mars ꝛ luna si fuerint simul qui tūc nascit̄ nō viuet p. 2. horas. Si dñs ascēdētis est corrupt⁹ ꝛ mars est i octaua qui tūc nascit̄ nō viuet p mēsem. Cōiūctio solis ꝛ lune si fuerit in sexta domo vel. 12. qui tūc nascit̄ nō viuet p annū nisi iupiter vel venus fuerit

in. 11 . Nam si alter ibi fuerit annū quartū natus intrabit sed nō complebit Cum luna in natiuitate fuerit impedita cadentibus dn̄is triplicitatis ascendētis etiā si cum hoc malus est in angulo natus parum viuet. ¶ Mars ꝛ luna si fuerint simul in medio celi: ꝛ dn̄s medij celi fuerit combustus vel in decursione sua mater ꝛ natus morient̄ ex illo partu: si mars solus mater sola. ¶ Cauda draconis quoto gradu in ascēdēte fuerit tot annis qui cuꝫ nascit̄ cecus erit. Dn̄s quarti in o taua si fuerit mortē parturiētis innuit. Mōstruosam figurā habebit qui nascit̄ si tūc luminaria sunt ab' ascēdēte cadentia ꝛ mali sunt in angulis huius natiuitatis ꝛ si tūc nascit̄ mōstruosus. Uide cōiunctionē vel preuētionem que precessit ꝛ loca luminariū in hora natiuitatis ꝛ planetas dispositores: quia si planete eorū ꝛ locus lune vel ascēdentis eoꝝ omnia vel plura sint sicut dictū est: figura erit monstruosa. Et si cuꝫ hoc luminaria fuerint in signis quadrupedibus vel feralibus: ꝛ fuerint infortune in angulis nō erit natus ex hominibꝰ. Et si fortuna cū luminaribꝰ testimoniū nō habuerit: sed eis infortune testificant̄ erit natus ex animalibus quibꝰ opus habēt hoīes vt sūt galline porci boues capre ꝛ similia que cum hoibus cōuersant̄: erit tamen mōstruosa eius figura. Et qualitas eius scit̄ ex figuris signoꝝ in quibus infortune steterūt que luminaria vel angulos cōtinēt. Et si fortuna nō testificat̄ alicui predictoꝝ locorum natus non loquet̄: ꝛ eius forma veraciter mutabit ꝛ perficit. Si vero iupiter aut venus testificat̄ nati proprietas in qua fuerit illa mutatio erit vt honoret̄ ꝛ sublimet̄ eo ꝙ est ex hac figura q̄ vocat̄ armasar ip: ꝛ est figura ex venere ꝛ mercurio denoīata ꝛ est proprietas in aia per quaꝫ aīa viuit anteꝗ̄ fit vt si quis opinat̄ esse mortuū ꝛ illud sit verū: ꝛ si mercuriꝰ testificat̄ natus erit interp̄tator somnioꝝ: ꝛ ex hoc victū habebit erit tamē surdus ꝛ absq̧ dentibus in alijs cōueniētis nature ꝛ subdolus ꝛ deceptor. ¶ Semē receptū ī vtero disponit saturnꝰ mēse primo ꝛ cōgelat. In secūdo iupiter ꝛ deus īmittit spiritū ꝛ accipit quoddā tempamētū. In tercio mars ꝛ fit sanguis. In quarto sol ꝛ imponit deus vitā ꝛ aīat̄ ꝛ ideo dat̄ pars in yleg. In quinto venus ꝛ dat deus sexū. In sexto mercuriꝰ ꝛ fit in eo lingua. In septimo luna ꝛ perficit̄ ꝛ tunc natꝰ viuere pōt. In octauo reddit̄ ♄ ꝛ nō viuet. In nono ad ♃ ꝛ viuet

De natis completis ꝛ victuris ita procede facta figura ad horam natiuitatis ꝛ equatis planetis: ꝛ debite collocatis. Locꝰ lune in natiuitate fuit ascendens gradus in conceptione ꝛ locus lune in conceptione fuit gradus ascendens in natiuitate Ad huius intelligentiā nota ꝙ triplex est mora seminis in vtero. Prima dicit̄ minor ꝛ habet dies. 258. Secunda media ꝛ hꝫ dies. 273: Tertia maior ꝛ hꝫ dies. 288. His p̄scitis ꝯsidera lunā ipsa enī si est in principio domꝰ septime mora seminis fuit minor. Si ī oriēte est luna mora seminis in vtero fuit media. Si in fine domus sexte mora fuit maior

Si inter occidens τ oriens mora fuit maior q̄ minor: τ minor q̄ media. Si inter oriēs τ occidēs mora fuit maior q̄ media: τ minor q̄ maior. Et vt scias excessum diminutionis vel decrementū pcede sic. ¶ Si luna est in superiori medietate sup terrā recipe gradus equales qui sunt ab occidēte in lunam τ ipsos duplica τ diuide p. 24. τ quot exit notat dies τ quot remanet sunt hore τ quot habes adde more minori: τ hoc totū subtrahe radici lune cū qua equasti lunā ad horā natiuitatis τ cū radice. i. cuz tempore qd̄ tunc habes equa lunam τ videbis q̄ locus lune iu natiuitate fuit ascendens in conceptione: τ q̄ locus lune in cōceptione fuit ascendēs in natiuitate. Et si locus lune in natiuitate est inter oriens τ occidens. i. sub terra accipe gradus qui sunt ab oriente in lunā τ fac vt supra: τ adde more medie τ opare iterū vt prius. Si aūt luna est in loco vnius de tribus moris p̄scise: τ tu moram que fuerit subtrahis radici cum qua in natiuitate lunā equasti τ cū radice que remanet que est cōceptionis equas lunā iuuenes q̄ locus lune in natiuitate fuit ascendens in cōceptione: τ q̄ locus lune in cōceptione ē gradus qui ascendit in natiuitate. ¶ Quoto gradu p̄cessit natiuitatē cōiunctio solis τ lune vel preuentio: tot gradus signi erit angulus natiuitatis humane τ nūq̄ alteri⁹ animalis. Rimare naturā originis anteq̄ indices: aliter enim de nobili: τ aliter de ignobili iudicabis τ remoue in omni iudicio illud quod non pōt recipere impressionē virtutis celi. Ex dn̄is triplicitat̄ ascendētis scitur an natus sit nutriendus. Et ex dn̄is hoc est nouene vitā nati scimus. Forme quales ascēdunt in hora natiuitatis talis erit ille qui nascit̄. Cum fuerit mars in hora natiuitatis in ascendente: natus habebit maculā turpem in facie: similiter de saturno est. Ascendēs faciūt. 5. gradus super terrā τ. 25. sub terra ꝑm ptholomeū: quia per locū lune in natiuitate habet̄ gradus ascēdēs in cōceptione: τ per locū lune in cōceptione habet̄ gradus ascendēs in natiuitate: videt̄ mihi vanū gradū ascendentē querere alit̄ ¶ Aomar tamē τ alcabitius imitatores ptholomei querūt eū sic. Cōstituta natiuitatis figura vident vtrū natiuitas sit cōiunctionalis vel p̄uētionalis: hoc est an fuerit ꝓpior ante natiuitatē cōiūctio luminariū velˡ oppositio eorū. Et de gradu cōiunctionis nō est dubitatio. Sed in gradu p̄uētionis diuersimode sentiunt sapientes. Dorotheus dicit gradū preuētionis illū gradum in quo est luna in p̄uentione. Ptholomeus dicit gradum p̄uentionis graduz illius luminaris quod in hora preuētionis est super terrā. Et si vnū tūc sit in oriente τ alterū in occidente: gradum p̄uentionis dat illi qui est in oriēte: tunc cōsiderant quis planeta plus habet dignitatis hora natiuitat̄ in illo loco: hunc equāt ad horam natiuitatis τ vident cui angulorꝝ scȝ medij celi vel ascendentis est propior planeta ille in numero suorum graduuz τ cui propior est ꝑm illum angulū equant domos. Nunc quidem dixi esse vanum in natiuitate certa ascendens aliter querere q̄ per locuz lune in cō-

ceptione Sed quod dicit ptholomeus verum est & necessariũ in natiuitate nõ certa sed per estimationẽ accepta. Quia natiuitas docet cõceptionem: & cõceptio docet natiuitatẽ ſm modũ qui dictus est. ¶ Nota signa conceptionis. Primũ est q͏ capita mamillarũ sint extensa a colore proprio mutata. Secundum est q͏ oculi sunt caui. Tercium q͏ visus mulieris sit acutus. Quartum q͏ pupilla sit clara. Quintũ q͏ album iu oculo sit plenũ & spissum Sextum q͏ corpus sit laxatũ. ¶ Signa cõceptus masculini sunt hec. Primũ est venter plenus & rotundus pulcher obduratus. Secũdum color mãmarum rubeus sed hoc quãdoq͏ fallit. Terciũ color mulieris splendidus. Quartũ lac inter digitos spissum & coagulatũ. Quintũ lac distillatũ sup̱ speculũ ferreum in sole positũ per spatium vnius hore collectũ vt margarita. ¶ De alijs futuris filijs sic prenosce si in capite iam nati vides coronam de capillis alium signat nasciturũ: & si duas dic duos nascituros simul. Item in longitudine vmbilici ex parte matricis si sunt nodi & spina post pariet et quot sunt totidem pariet: & si nõ: nõ pariet plus. ¶ Signũ cõceptus feminini sunt venter latus lõgus color fedus & macule mamille nigre: sed hoc fallit lac sine coagulatione & fluens super speculum ferreum. ¶ Mars si prefuerit natus erit fetidus: si saturnus erit sordidus. ¶ Omnis natus cui⁹ ascẽdens nõ fuerit signũ humanũ: nec dñs ascendentis in humano: nõ associabit̃ hominibus. ¶ Mores nati iudica per venerẽ & signũ eius in natiuitate ¶ Cõuersationẽ nati iudica per martẽ: quia eius est vis irascibilis. Sol est origo virtutis vitalis. Luna naturalis. Saturnus retentiue. Jupiter crescitiue. Mars irascibilis & attractiue. Venus cõcupiscibilis. Mercurius rationalis. Unde de his virtutib⁹ iudica ſm proprios significatores. ¶ Masculinus erit masculus nat⁹ si dñs oriẽtalis faciei fuerit masculin⁹ & in signo masculino. Feminina erit femina si dñs orientalis faciei fuerit femininus & in signo feminino. Effeminatus erit natus si dñs orientalis faciei est femininus in masculino. Uirago erit femina si dñs orientalis faciei masculin⁹ fuerit in signo feminino. ¶ Jn natiuitatibus viroꝝ si sunt luminaria in signis masculinis actus eorum erũt masculini. Sic in natiuitatibus feminarũ si luminaria sint in signis femininis actus eorum erũt feminini. Et si ecõtra actus ĩmoderati & innaturales erũt: & mars & venus similiter. Et hi duo orientales faciũt ad masculineitatẽ: saturnus addit immũdiciã: & mercuri⁹ impetum delectationẽ & econtra. ¶ Longus erit ille cuius significatores sunt in alto celorum: & ascendẽtes in principijs signorũ & orientales in statione secunda & in signis longarum ascensionũ: & econtra erit breuis. Macilentus erit cuius ascendentis significatores non habent latitudinem a zodiaco: & si hñt latitudinẽ a zodiaco meridianã natus erit crassus & agilis. Si septẽtrionalem erit pinguis & tardus. ¶ Jlle qui facit aliquod opus in

stinctu naturali scire pōt quis planeta dominiū habuit in natiuitate sua. Figuratio lune cū planetis hoc est aspectus vel applicatio vel cōiunctio facit natū moueri ad id quod significat: cuz ioue ad iusticiā: cū marte ad improbitatē: cum saturno ad pacientiā: cum venere ad amorē: cum mercurio ad sapientiā ꝛ discretionē ꝛ hoc ſm planetarū fortitudinē vel debilitatē. Cum mali prefuerint ascendenti: natus delectabit̄ in rebus insipidis ꝛ amaris ꝛ quādoqꝫ infetidis. Cum prefuerint fortune natiuitatis: natus erit largus ꝛ diligens econtra horrēdus. ¶ Cū mercuri⁹ fuerit in altera domoꝝ saturni qui tunc nascit̄ intelliget res medullitus dūmodo sit fortis: si in domo martis erit pfidus ꝛ astutus ꝛ aries est fortior domus martis: ꝛ cū preest mercurius erit acutus ꝛ magis ad intelligendū audita qꝫ ad inueniendū. ¶ Et si natiuitas est diurna ꝛ est mercurius in domo altera saturni natus exercebit se in sciētijs. Statū cuiuslibet quottidie per eum qui fuit almuz in ariete iudica: Nūqꝫ perdet sensuz in cuius natiuitate luna vadit ad mercurium Famosus erit vt rex: ꝛ nullus preteribit eius mādatū: in cuius natiuitate iupiter ꝛ luna sunt in eodē gradu ascēdēte ad augem suam. Fortissimus erit in cuius natiuitate sol est in medio celi ꝛ saturnus orientalis ab eo in signo masculino. In cui⁹ natiuitate iupiter ꝛ venus fuerint vniti soli illius verba recipient̄ vt pphetia. Mars ꝛ venus vniti soli ī dignitate veneris verba nati recipi faciunt vt pphetiā ꝛc̄.



De vita quicqd dicit̄ domui prime iuste appropriat̄. Nā ipsa vita ad domū primā reducit̄. yleg ergo qui est dn̄s vite ꝛ status: sic querat̄ aspice solem lunam ascendens partem fortune gradum coniunctionis vel preuentionis que propior precessit natiuitatē. ¶ Et primo solem si natiuitas est diurna. vide ergo si sol est in hora natiuitatis in domo prima vel. 10. vel. 11. siue sit in signo masculino siue feminino ipse est yleg in septimo octauo ꝛ nono non est yleg sol nisi fuerit in signo masculino: ꝛ hoc intellige ī natiuitate diurna. Ita tamē ꝙ dn̄s domus termini vel exaltationis vel triplicitatis loci solis eum aspiciat. Nam aliter nō erit yleg: tunc aspice lunā que si est in angulo vel succedēti erit yleg si aliqs. 4. predictoꝝ eam aspexerit ꝛ si non est yleg luna respice ascendens quod si respicit̄ a dn̄o alicuius. 4. dignitatū erit yleg ascendens: ꝛ si non aspice partem fortune si est aspecta vt prius: ꝛ si nec ipsa accipe gradū cōiunctionis que precessit propior natiuitatē ꝛ hoc in die ꝛ in natiuitate cōiunctionali. ¶ In nocte luna soli ꝑmittit̄: tunc aspice lunā que si fuerit in ascendente vel in secunda vel tercia aut in septima aut octaua erit apta yleg siue masculinum fuerit signū siue femininum. Et si fuerit ante graduz ascendentis per. 5. grad⁹ aut infra aut fuerit in quarto aut quinto signo feminino aptatur pro yleg. Si autem fuerit in aliquo horum locorū in signo

masculino non erit apta vt sit yleg. In preuectionali gradus preuentionis accipit pro gradu coniunctionis & gradū partis fortune prepone gradui ascēdentis in natiuitate nocturna & considera vt prius. ¶ Et yleg interpretatur vxor & significat vitam nati. Alchocoden interpretat vir & est dator annorum & significator termini vite: & est ille qui proicit radios ad yleg: dūmodo sit loci dominus ad quem proicit vel termini vel exaltationis vel triplicitatis. Et si plures aspiciūt: elige illum pro alchocoden qui plures optinet dignitates: & si cum hoc aspicit locū fortior erit eius potestas pro alcocoden. Et si sol est in leone vel ariete: ipse est yleg & alchocoden in die: in nocte luna si est in cancro vel thauro. ¶ Et cum vis scire statum nati accipe pro vita ab ascēdentis gradu: a parte fortune pro statu substantie: a sole pro valentia & honore: a lune pro habitudine anime cum corpore: a medio celi pro magisterio & ope. ¶ Diriges aūt ab ascendente sic: recipe ascensiones gradus ascendentis in climate nati: & pro quolibet anno adde graduz vnum & vide dn̄m loci ad q̄uem peruenit extensio: & magis dn̄m termini & s̄m illū iudica tūc de statu vite nati & obserua quid est ibi corpore vel aspectu. Verbigratia fuit ī natiuitate ascendēs decimus gradus libre pfectus in climate septimo hui⁹ loci ascensiones sunt. 193. gra. 40. m̄. volui scire quo peruenit directio post annos. 50. addo gradus. 50. super ascēsiones dictas & fiunt. 243. gra. 40. m̄. quibus respondent de gradibus equalib⁹ signorum scorpionis gra. 16. mi. 20. & gradus isti sunt termini mercurij. Unde dixi q mercurius est diuisor & disponit per annū qnquagesimū primū vitā nati. Item si aliquis significator est in medio celi dirige eum sic: quot anni sunt cōpleti totidē grad⁹ adde de circulo recto & vbi hoc terminat ibi est directio a medio celi. Si significator est in occidēte dirige gradus nadir occidētis & quo peruenit extensio in illius opposito erit directio. Et significator est in angulo terre operare p circulū rectū vt in medio celi sup terrā. ¶ Si aūt significator est inter mediū celi & ascendēs quē vis dirigere vide per quot horas distat a medio celi ille quem vis dirigere: ad hoc sciendū minue circulum rectū. i. ascensiones circuli recti medij celi: de circulo recto gradus significatoris & quod remanet diuide per partes horarum gradus significatoris & exeunt hore quas quesiuisti tunc adde circulo recto significatoris: tot gradus quot anni transierunt. i. ad quot annos vis dirigere: & vide quo peruenit illa summa de circulo signorū & nota locum. Item adde tantūdem super ascensiones significatoris in climate: & vide quo peruenit de circulo signorum: & nota locū tūc recipe differentiam inter loca extensionum in circulo signorū & extrahe ptez sextā differētie: & ipsam multiplica per horas quas prius inuenisti: & productum adde loco ad quem peruenit extensio in circulo recto si est maior vel minue si est minor: & quo peruenit hoc ibi est directio significatoris.

de diuisore

Similiter fac si significator est inter ascendēs ꝛ angulū terre recipiēdo differētiam circuli recti significatoris ꝛ anguli terre: ꝛ diuide differentiam per partes hore gradus nadir ꝛ super terram per partes ꝑprias hore gradus imedietate circuli descēdēte recipe ascensiones gradus nadir īmedietate ascēdēte ascēsiones proprias ꝛ ascriptas: ꝛ si vnus signator est in vna quarta ꝛ alius in alia primo dirige ad angulū qui est ante significatorē vt docui per circulū rectū vel per ascēsiones in climate. Inde ad locū illius ad quez vis dirigere: vel ꝑ circulū rectū vel per ascēsiones in climate vt dixi: ꝛ iunge ambas directiones ꝛ scies tempus in quo peruenit directio ad illū ad quē direxisti: dando semper vni anno gradū vnum: ꝛ ſm hoc vni mensi cedunt 5. minuta ꝛ. 6. diebus vnū minutū ꝛ. 5. diebus ꝛ. 6. horis que sunt in anno vltra. 360. dies accidūt vni minuto. 12. minuta hore. ¶ Est quoqꝫ alia directio per gradus equales pro statu nati in singulis diebus: vt a significatore ad locū circuli quicūqꝫ sit ante ipsum pro die qualibet accipiūt. 59. minuta. ꝛ. 8. secūda: ꝛ si hoc fiat ad aliquē aliū certū signatorē illuz oportet habere plures gradus in signo in quo est ꝛ subtrahunt̄ gradꝰ equales primi a gradibus equalibꝰ secūdi: ꝛ differētia diuidit̄ ꝑ. 59. minuta ꝛ. 8. secūda: ꝛ quociēs hec exeāt de differētia totidem dies habent̄ in quibus ille significator primus disponit vitā nati: ꝛ abinde significator secundus similiter dirigit̄ ad terciū qui plus est gradibꝰ: ꝛ iudicat̄ vt prius. Et aduerte ꝙ īmedietate ascēdēte que est a medio celi super terrā vsqꝫ ad angulū terre directo est in ante. i. ſm successionē signoꝝ ꝛ q̄ est imedietate alia ab angulo terre ad mediū celi est retro quia nō habet gradus descēsionū: sed accipit gradus ascēsionū graduum oppositoꝝ. Nam sic isti descendūt sicut illi ascendūt. Unde directio immedietate descēdēte ē cōtra successionē signoꝝ. Et scias ꝙ partes semper dirigunt̄ ꝛ cum directio fit ſm successionem signoꝝ tunc interfector vadit ad yleg: cum fit directio contra successionē signoꝝ tūc yleg vadit ad interfectorē scꝫ ad gradū occidētis: ꝛ ob hoc planete qui sunt inter yleg ꝛ occidens nō interficiunt scꝫ ad gradum occidentis: sed tm̄ gradus occidentis interficit. ¶ In profectione ab ascendēte radicis: da cuilibet anno signū vnū: ꝛ cedant cuilibet gradui dies. 12. hore. 4. minuta. 12. Et sicut facis directiones ꝛ profectiones ab ascendente pro vita similiter fac pro substantia a parte fortune: a sole proualentia ꝛ honore: a luna pro habitudine anime cum corpore: a medio celi pro magisterio ꝛ opere: ꝛ vide qui planete vel stelle sint in loco ad quem profectio peruenit: ꝛ qui illuc anno illo perueniūt corpore vel aspectu: ꝛ iudica iuxta illud. ¶ Et planeta qui est dator annorum scilicet alcocoden si est in angulo ꝛ fortis alias dat annos suos maiores nato. In succedentibus medios: in cadentibus minimos: ꝛ si est combustus vel retrogradus vel peregrinus vel in descensione sua pro

annis signat menses vel dies: et si omnibus his vicijs corrumpitur: signat horas: ꝛ si datorem annorũ respicit fortuna: nec retrograda nec combusta: addit suos ãnos minores: et si retrograda vel combusta pro annis tottidẽ addit m nses: ꝛ si mali eum aspiciunt per □ vel ☍ aspectum: vel sunt secum in eodem signo: minuũt annos ẜm numerum minorum annorum. Et si ☿ est cum fortunis addentibus dat ãnos minores: ꝛ cum malis ꝛ cum minuentibus minuit tantũdem. ¶ Qui nascitur in capite ♈ erit malus fratribus aduersitatibus plenus: callidus: iracũdus: ꝛ pre ira oculos caliginosos habebit: femina similiter in capite. Et in fine ♈ erit bonus in omnib⁹ vir fortis laudabilis amabilis sine ira nigri coloris: ꝛ femina similiter. ¶ In fine ♉ vilis pauper. ¶ In ♊ per totum bonus sed sterilis et iratus: coloris etiam sanguinei. ¶ In ♋ totus bonus: femina casta: guttur eius ex abundantia humoris nodaẗ. ¶ ♌ totus bonus fortis sapiens iracundus dedecus sibi facientibus: femina virilis. ¶ ♍ in omnibus bona: vir castus amabilis: femina casta bona: humilis diues boni moris pre omnibus predictis. ¶ Caput ♎ malum in omnibus: vir fallax traditor ad omnia malus: femina luxuriosa ꝛ in omnib⁹ pessima: finis ♎ bonus. ¶ Caput ♏ bonum: in medio malus angustiosus: in fine luxuriosus homicida: femina mala erit ꝛ meretrix. ¶ Caput ♐ bonum: femina morietur partu vel sanguine vel in aqua: similiter in fine. ¶ ♑ totus bon⁹: femina meretrix. ¶ Caput ♒ in medio bon⁹: in fine vir vilis: femina meretrix. ¶ ♓ mediocris: vir pauper: filiorũ multorum voce parua vilicus vel paraliticus.

Signa	Anni.	Mẽses.	Dies.	Dies.	Hora
Aries	15	15	37	3	3
Thaurus	8	8	200	1	15
Gemini	20	20	50	4	4
Cancer	25	25	62	5	1
Leo	19	19	47	3	23
Uirgo	20	20	50	3	4
Libra	8	8	20	1	16
Scorpius	15	15	39	3	3
Sagittarius	12	12	30	2	12
Capricornus	27	27	67	5	15
Aquarius	30	30	75	6	0
Pisces	12	12	30	2	12

¶ Scitis annis nati quos habuit per alkocoden et per additionem vide directionem yleg: que cum peruenit ad loca malorum in natiuitate vel ad malos aspectus eorum et non fuerint ibi fortune vel aspexerit benigne morietur natus. Et aduerte ad idem: cum in principijs annorum subsequentium loca obuiationis fuerint infortunata: et loca stellarum impediunt loca dominantia: quod ex hoc sequitur mors est: si alterum horum fuerit habebit natus periculum simile morti. Et loca dominantia sunt ☉ et ☽ ascendentis partis fortune et medij celi: et diuersitas in aspectibus in latitudine aspicientium minuit quod significat. Interfectores sunt. 18. ♄ ♂ ☉ per □ et oppositum: ☽ per □ et oppositum aspectum: ☽ in gradu ascendentis cum est yleg loca nebulosa: loca tenebrosa corda signorum ☊ et ☋. ☿ per □ et oppositum aspectum: gradus domus septime: gradus ☌ vel preuentionis. Cometa et fit diuersitas coniunctionum propter diuersitatem significatorum. Et astrologus mortem prescitam non potest auertere. ¶ Forma corporis et figura scitur per ascendens et planetas qui sunt ibi dominantes et fortiores et pluris testimonij: et per esse ☽: quia ex natura horum dominorum: et ibi dominantium planetarum: et illorum commixtione: et stellarum fixarum que cum eis ascendunt: scitur illud et magis fortes cum dominantur dispositioni corporis: et adiuuat illis: qualitas propria loci illius. Particulariter autem scitur dispositio corporis nati sic.

¶ Saturnus cum fuerit orientalis et solus dispositor natus erit coloris mellini mediocriter crassus: pili nigri in capite crispi: in pectore spissi: oculi mediocres: corpus temperate magnum: et vicit in corporis complexione humiditas. Si occidentalis erit subniger: macillentus parui corporis: planis et raris capillis: apte coadunationis: et vincet in eo siccitas.



¶ Jupiter cum fuerit dispositor dictorum locorum et orientalis: erit natus albus medie capillatꝰ ꝛ similiter oculi: apte stature: q̄ntiatis moderate: calor ꝛ humiditas ꝑualent Si occidentalis erit albus non sic apte vt prius: capill' planis: calvꝰ in fronte: oculi mediocres: ꝛ corpꝰ mediocre: vincet in complexione humiditas.



¶ Cum ♂ orientalis natus erit albus ꝛ rubeus: bone quantitat' ydonee carneitat': oculi varij: capilli spissi mediocriter: vīcet in eo calor et siccitas. Si occidentalis rubeus tantum erit: corporis moderati: paruis oculis: capill' raris planis et flauis: in complexione siccitas vincet.



¶ Ueneris opera ♃ operibus assimilãtur: sed ipsa facit pulcriora ⁊ q̃si pulcritudine muliebris melioris figure: et conuenientioris q̃litatis anime: ⁊ corporis mollioris: et dat oculos subrufos et ydoneos.



¶ Mercurius dat colorẽ metallinum: corpus moderatũ: aptam adunationẽ: paruos oculos: capillos medi ocres: calor preualet ⁊ ita si est orientalis. S occidentalis erit subniger crocei coloris: cõmuniter macillẽtus: vocis exil' comis orbatus ⁊ pupilla est vt capre declinans ad rubedinem: siccitas preualet. ¶ Sol quoq; ⁊ ☽ adiuuãt quemlibet istorum cum eis associant in figura. ☉ quidez in figura ⁊ pulcritudine ⁊ pinguedine. ☽ intemperie et macie vel humiditate ⁊ maxime cum ab eo separatur. Particulariter autem separatur s̃m proprietatem luminis sui: ⁊ ☉ ⁊ ☽ cum disponunt dant quod est temperantius illius regionis. ¶ Stelle orientales ⁊ apparentes vniuersaliter dant corpora magna: ⁊ in statione prima dant vigorem ⁊ temperant in secunda debiliora: cum occidũt miseriam ⁊ impedimenta: ⁊ ipsa loca in quibus sunt nati formam ⁊ figuram ⁊ complexionem notãt.



¶ Uniuersalr natus inter equinoctiuꝫ vernale et solsticium estiuale fit boni coloris: stature conuenientis: bonorum oculorum: vincet in eo caliditas et humiditas. Qui inter solsticium estiuale ⁊ equinoxium autumnale tpatum ⁊ mediocrem habebit corporis quantitatē ⁊ carneitatem: oculos grandes spissos capillos ⁊ crispos: vincet in eo calor ⁊ siccitas. In tercia quarta dať color mellinus macies vox gracilis: spatule ample: capilli mediocres: oculi apti: frigiditas ⁊ siccitas vincent. In vltima quarta niger color: temperata quantitas: plani capilli ⁊ rari: apta coadunatio: vincet frigiditas ⁊ siccitas
¶ Item particulariter signa figurarum humanarū ⁊ figure intra circulum signorum ⁊ extra corpora faciunt tpata: que non sunt huiusmodi membra sibi faciunt equaliter assiľata: vel ad magnitudinē paruitatem fortitudineꝫ debilitatē: ꝯuenientem vel inconuenientē coadunationē faciunt. Magna ♌ ♍ ♐. Parua ♓ ♏ ♑. Et ♈ ♉ ⁊ ♌ inicia ad pinguedinē faciūt: extrema ad maciē. In ♐ ⁊ ♊ ⁊ ♏ principiū ad maciē: illoꝝ extrema ad pinguedinē Item ♍ ♎ ♐ ad bonā coadunationē. ♏ ♓ ⁊ ♉ ꝯ̄rium: et cū his figure alie obseruenť ⁊ inter se compenť ⁊ scienť corpoꝝ ꝓprietates ⁊ cōplexiones ex ilľ




Aturnus si fuerit domin⁹ nati facit eum nigrum:infirmitate notatum:turpiter indutum ⁊ euntez:timpoꝛa notata: leuiter irascentem:turpem:cum rara barba:grauem:pigrum:raro ⁊ vix ridentem: coloꝛis glauci:cum pilis asperis ⁊ multis:cum mala facie:semꝑ artez dat grauem vt laboꝛare oꝛtos vineas terras ⁊ alia cum laboꝛe.

Iupiter




Upiter pulcrum aspectum: crassa facie: amabilem: planis capillis:honestum:oculis pulcris:duos dentes superioꝛes maioꝛes:religiosum:mature incedentem: compendium loquendi graues nequit ferre laboꝛes: amat leues vt tabulã cambeat aut vendat:pannos laboꝛat pulcros cũ acu:bene scribit ⁊ studet:⁊ si totus est super terram in natiuitate oꝛatoꝛem facit.



MArs hominem facit curuum brunum:grana rubea per facież rarispilis in barba vt ſpadones:ſciſmaticum:ferrarium: furnarium:oculos paruos:dentes curuos:ſuſpicioſum:rubeum ſemper iocundum.

SOl carne plenum:pulcre faciei:oculos quãdoq3 magnos: faciem albi coloris mixti citrino:plenam barbam:in ſeruicio magnorum:conſiliarium:artificem ciuitatũ:z prouinciarum principem:groſſam vocem z ineptam: acutos oculos:ſuſpicioſum:ſignũ in facie:vſtionem in corpore: fidelẽ in ſeruicio dñi durationem querere. Si ☉ parum aſcendit aurifabrum ita ſi eſt orientalis in erectione ſua laborabit aurum:ſi eſt in caſu:es.




Enus candidum de facie:studiosum:capillis pulcris:ludentē instrumentis:docentē cantus:aromatibus delectantez: curuū nasum:signatum in facie:labijs inferius ore grossius:pilos extensos:amantem cantus:magistrū muliebrium ornamentorū vt sunt anuli z similia.


Venus




Ercurius mediocris status:oculis paruis magno nasu : acquirentem amicos de facili ꝛ perdentem leuis animi : raris pilis in barba:subtilium labiorum:capillis extensis: macillẽtum curuum dentibus vulneratum cum verbere vel ferro in oꝛe celerem fricantem terram cum pedibus: scriptoꝛem studiosum:numeri scientiaꝫ leuiter habentem:ꝛ erit cancellariꝰ vel aliquid huiusmodi.

Luna



Una hominem nullius ſeruicij:diſcurrentem:facie rotunda ſtature grandis:pellem craſſaꝫ: oculos eminentes in oculis vicio non carentem:barbam pꝛolixã:maculas in facie. Pinguem a luna pꝛima vſqꝫ ad quindecimã: albũ ⁊ macilentũ a quindecima ad triceſimam ⁊ facit locantes alijs ferentes vt mel oleum ficus ⁊ huiuſmodi.




E domo secũda vide in natiuitate si dñs ascẽdẽtis ⁊ luna sunt in angulis ⁊ vterqꝫ iũgit̃ planetis in angulis vel dñis anguloꝝ vt si iũgunt̃ dño ascẽdẽt꜀ luminaria ⁊ dñis anguloꝝ ⁊ si sit dñs ascẽdẽtis recept⁹ in angulo q nascit̃ alt⁹ erit ⁊ sic ꝑmanebit. Si ecõtra fuerit nascit̃ miser ⁊ sic ꝑmanebit. Si dñs ascẽdẽtis ⁊ luna ⁊ sol ⁊ dñi anguloꝝ sũt ĩ angulis: ⁊ iũgũt̃ planet꜀ cadẽtib⁹ ⁊ planet꜀ malis: ⁊ mali sũt dñi dñoꝝ cadẽtiũ: nat⁹ alt⁹ nascit̃ ⁊ in miseriã rediget̃ ⁊ q̃nꝫ in seruitutẽ. Si dñs ascẽdẽt꜀ luna ⁊ sol sũt cadẽtes vel in descẽsionib⁹ suis ⁊ iũcti fuerĩt fortunis in angulis: aut malis q eos recipiẽt in angulis ⁊ ipsi sũt dñi anguloꝝ nascit̃ miser ⁊ erit altus. ¶ Et luna si ꝓficiscit̃ de motu minori ad maiorẽ vl' de medio nat⁹ sublimet̃ ⁊ eõ. Luna ad quẽ ꝓficiscit̃ primo ĩ natiuitate nati signat dignitatẽ. Luna cũ nulli iungit̃ ⁊ a nullo sepat̃. natus tunc erit excitatio deserti ⁊ in loco nullo est deteri⁹.





Roſperitatem vel aduerſitatem nati ſm ptholomeũ cognoſce ſic: conſidera quatuor ſolem aſcendens lunam ⁊ partem fortune: ⁊ vt ſol ſe habet ad aſcendẽs ita luna ad partem fortune: ⁊ vt aſcendẽtis eſt corpus quia per ipſum ſcio eſſe corporis ita partis fortune que eſt aſcendens lune eſt ſubſtantia: ⁊ per ipſam ſcio ſubſtantiam nati ſcilicꝫ per locum eius ⁊ dñm ⁊ eſſe illius ⁊ aliorum planetarum habitudinẽ ad hec ⁊ per ſtellas: ſignũ in quod cadit pars fortune ⁊ teſtificationẽ ⁊ participationẽ illoruꝫ inter ſe in aliqua poteſtate ⁊ aſſociationẽ in figura per coniunctionẽ vel aſpectũ. Saturnus enim per ſe dñs partis fortune ſignificat peruenire diuicias edificationibus agriculturis vel nauigationibus. Jupiter ex cõmendationibus vel baiulia vel probitate. Mars per dñim exercitum ⁊ regnum. Venus ex

mulieribus. Mercurius per industriam mercationis. Et si saturno iupiter associet existens dñs partis fortune vel sit receptio: ditabit ex hereditatib⁹ sicut enim tunc iunget malus et bonus: ita in successione hereditatis mortuo euenit malũ et succedenti bonũ. Si mars cum saturno sic fuerit et sit de volũtate nati q sit latro et de magisterio q sit ductor militũ et erit natus ab scisor viarum: et per vim rapiet aliena: et si vult esse iustus et de magisterio q sit medicus erit cyrurgicus. Et q saturnus cum iouis cõmixtione facit erit malum cum in altis angulis iupiter fuerit. i. ascendente medio celi et septimo: aut cum luna ictisal habuerit: hoc significat q extraneor bona hereditabit: et cum stelle que sunt de hayz stellarũ dispositionẽ habentiũ eis testificant nati possessio salua manebit apud ipsum: et si de hayz contraria super loca auctoritatũ eleuent vel ad ea subsequentes eant amissionẽ substautie designabunt: tempus aũt euentus ex aspectibus stellarum deprehenditur ad angulos vel ad loca ascendentia. ¶ Duxtoriam planetarum aduerte que est vt planete superiores a sole sint orientales a sole in die: et inferiores sint in nocte occidentales a luna: et sint cũ hoc in domibus suis vel exaltationib⁹ sol et luna similiter et fuerint in angulis et se aspexerint: natus erit vt rex vel princeps: et si nõ omnes sunt in angulis: sed alias vt prius erit magnus si cadentes et peregrini erit mediocris et si contrariũ in toto erit vilis. ¶ Dñi triplicitatis solis in die considerent et quis est prim⁹ dñs triplicitatis solis: si est hic in angulo infra. 15. gradus: natus erit rex vel regi similis. Si vltra et infra. 30. adhuc erit princeps memorie: si vsq ad. 45. mediocris erit si vltra miser: similiter fac in nocte cũ luna. ¶ Caput draconis cuz fortunis magnã super omnes alios significat eminentiã. Lucrũ habebit natus cum dñs ascendẽtis est in secunda. sed cũ labore: Et si dñs secunde in prima lucrũ habebit sine labore: Qualis est prim⁹ dñs triplicitat[is] solis talis erit primus status nati: qualis secũdus talis erit status in medio vite etc. et hoc magis si sol est in die vel luna in nocte: vel quicũq fuerit yleg. Nũquã erit pauper cuius natiuitatis dñs fuerit iupiter. Sol in leone in ascendente natiuitatis et luna in thauro fortunat multũ. Scdm statũ lune et dñm eius iudica statũ vite: et sm eos quibus luna iungit. Considera partẽ fortune et dñz ei⁹ partẽ diminutionis et eius dñm: sm et dñm eius et eum qui est ibi dños triplicitatis luminaris cuius est auctoritas. Decimũ et dñm ei⁹ et qui est ibi: et sm hoc iudica fortunã nati et iouem quia naturaliter substantiã significat. Dñs secũde oriẽtalis significat in iuuentute: occidentalis in senectute significat: et ante omnia almutaz in illis locis. Dñi triplicitatis solis orientales et lune occidẽtales: et aucti lumine confortãt multũ. Diuicias dant iupiter sol et mercurius. Dñs ascendentis dominus vndecime luna pars fortune circũdati a fortunis fortunant multuz. Sol in medio celi in igneo et luna in tri-

no eius aspectu fortunat multū. Ascendens in principio mediū celi igneum vel aereum fortunat multum. ¶ Reuolutio similis radici fortunat multuz Thesaurizabit in cuius natiuitate idez planeta ꝛ dn̄s primi ꝛ quarti. Splē dide viuet in cuius natiuitate idem planeta est dn̄s decimi ꝛ primi. Si dn̄s ascendentis ꝛ luna aut alter eoꝝ ꝛ fortior iungit̄ dn̄o domus substantie et ille recipit eum vel eam: siue sit bonns siue malus: vel si bonus etiam si non recipit eum vel eam: diues erit natus: suo tamen labore. Si dn̄s substantie iungit̄ domino vite ꝛ lune vel fortiori diues erit sine labore. Si dn̄s vite ꝛ luna vel fortior inter eos dispositionē suam cōmittit malo: ꝛ ille non recipit non perficit. Nam receptio non poterit anullari: ꝛ nō dicit̄ planeta receptus nisi recipiens ipsum aspiciat. ¶ Cū fuerint luminaria in eodē minuto: ꝛ fortuna in ascendentis gradu qui tunc nascit̄ erit fortunatus in acquisitione substantie: quia illi pars fortune est in ascendente. Si autez luminaria sint inter se opposita ꝛ fortuna sit in septima qui tunc nascit̄ erit similiter fortunatus quia pars fortune est illi i septimo. Maior fortuna est ex stellis fixis ꝛ ex duxtoria planetarū ꝛ ꝙ anguli cōiunctionis vel preuentionis que propior precessit natiuitatē sint anguli natiuitatis. Stelle fixe dant dona modo excedentia: sed multociens finiunt̄ in malum. ¶ Diuide vitā in quatuor In principiū medium vltimū ꝛ mortem: ꝛ quamlibet partem in tria: principium mediū ꝛ finem: ꝛ distribue sic duodecimū ꝛ primum: ꝛ secundum da prime parti vite: noum decimū vndecimū secunde parti ꝛc. Status omniū hominuz mutat̄ cum mutat̄ similitudo signoꝝ: ꝛ figure planetarum que signant eis bonum vel malū. Si gradus medij celi in reuolutione anni fuerit ascendens nati ꝛ fuerint in corde exaltationis sue luminaria: qui tūc nascit̄ liber erit ab infortunijs regi similis: ꝛ semen eius hereditabit terram: cū aspicit significatorem infortuna retrograda cadens combusta contraria sue nature signat contrariū: vel malum ꝙ nullus auertere poterit nisi deus Et directio ad bonum vt ad iouem significat lucrum: ꝛ cum directio perue nit ad malum vt ad martem substantie amissionē.




Ro fratrib⁹ cõsidera domũ terciã ꝛ dñm ei⁹ ꝛ dños triplicitatis ei⁹: ꝛ almutas sup hec. Jtẽ partẽ fratrũ a saturno ĩ iouẽ in die ĩ nocte ecõuerso. Et si aliqs ẽ in tercia vl' illuc aspicit: ꝛ martẽ ꝛ dños triplicitatis ꝛ dñm ascẽdẽt(ꝛ si inť hos aliq̃ ẽ cõcordia. Jtẽ si signũ fratrũ est multoꝝ filioꝝ: ille habebit multos frẽs ꝛ sorores. Et si sigťores sũt in signis masculinis erũt frẽs: ĩ femininis erũt sorores. ¶ Et si sigťores ꝑmi ꝛ tercij benigne se aspiciũt ↄcordabũt ꝛ eꝫ. Jtẽ vide qs sigťoꝝ ẽ fortior ꝛ ille erit potentior. Jtẽ qs dñoꝝ triplicitatis mart(est fortior ita primi fratres vt secũd⁹ ita medij vt terci⁹ ita vltimi. Jtẽ si inť mediũ celi ꝛ ascẽdẽs sũt fortune frẽs sunt supstites ante ipm: si mali tũc defuncti si ꝑmixti ꝛ in signis coib⁹ quidã viuẽt ꝛ quidã nõ. Si inť ascẽdẽs ꝛ angulũ terre sũt planete nascenť filij post istũ ꝛ sorores ꝓm numerũ planetaꝝ q sũt ibi: ꝛ si sũt mali sigňt mortẽ illoꝝ: ꝛ boni durabilitatẽ. Jtẽ ☉ ꝛ ♄ sigňt patrem. ♀ ꝛ ☽ matrez. Jtẽ sepatio lune a planetis sigť prius natos: ↄiunctio cũ alijs sigť futuros.



